






EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

*Nac. 56.*





























RODOLPHI GOELENII  
PROFESSORIS LOGICI IN ACADEMIA  
Marpurgensi,

PRODROMVS  
SPONGIÆ ERRORUM  
QUIBUS ILLE VIT CHARTAS  
SUAS DOMINVS M. HEIZO  
BUSCHERVS Rector Scholæ Hannoveranæ;  
quibus præscripsit nomen: Fasciculus  
controversarum quaestionum.

CVI PRÆMISSA EST DISPUTATIO  
de DEI OMNIPOTENTIA.



LICHÆ, excudebat Nicolaus Erbenius,  
Anno 1598.



PROFESSOR ...  
...

PR O B A T I O N E S  
STONIAE ...  
...

CHI ...  
...

...

...





THESES DISPUTATIONIS  
DE OMNIPOTENTIA: HOC EST,  
Infinita potentia Dei.



IDE mibi, quàm inquires sit ho-  
minum ingenium, quàm inqui-  
etæ cogitationes.

I.

Quæstiones moverunt Scho-  
lastici Theologi de Dei omnipo-  
tentia, è quibus quedã sunt scrupulose, curiose, supervacaneæ: quedam ineptæ et jã  
& absonæ, vel, Erasmi Roterod. iudicio, impiæ, ut:

An Deus possit quodvis malum etiam odium sui  
precipere: et omne bonum prohibere: etiam amo-  
rem & cultum sui.

An possit actu infinitum secundum omnem  
dimensionem producere.

An supra ultimum coelum potuerit vel etiam-  
num possit creare infinitum.

An potuerit hunc mundum etiam ab æterno  
meliolem facere quàm fecit: vel

An potuerit facere melius & perfectius quod  
fecit, quàm quomodo fecit.

An potuerit creare mundos alios.

An possit facere corpus sine subjecta materia.

An possit facere, ut accidens aliquod revera  
existat absq<sub>3</sub> subjecto in quo fundetur: ut ( exem-  
pli gratia ) accidentia panis post destructionem  
substantiæ eius revera permaneant.

An possit facere, ut creatura sit absq<sub>3</sub> omni ac-  
cidente.

) ( 2

An



*Theses Disputationis*

*An possit producere hominem, qui peccare nullo modo queat.*

*An revelare possit alicui suum futurum peccatum aut damnationem.*

*An possit aliqua distinctè intelligere: si ad illa non habeat distinctas relationes rationis.*

*An possit respectum seu relationem producere sine fundamento & termino.*

*An possit naturam universalem producere & conservare sine singularibus.*

*An omnipotètia Dei etiã possit agere in nō Ens.*

*An Deus potestatem creandi possit communicare cum creaturis.*

*An possit ex factō facere infectum & per hoc ex meretrice facere virginem.*

*An qualibet persona divina possit quamlibet naturam assumere.*

*An potuerit mundus Deo reconciliari sine interventu Mediatoris Dei & hominis.*

*An hæc propositio sit possibilis: Pater Deus odit Filium Deum.*

*An hæc propositio: Deus est scarabeus aut cucurbita: tã possibilis sit, quàm hæc: Deus est homo*

*φθέγγομαι (canit Orpheus) οὐδὲμίς ἐσσι: δύεγς ἐπίθεδε βέλῆλοι. Fas quib. est audire loquar: vos, turba profana, obturate fores.*

*Missis otiosis ineptis & cum impietate aliqua conjunctis quæstionibus; ad reliquas discutiendas ratio omnipotentia, piis Deiꝝ timentibus animis benè percipienda est.*

*Hic*



Hic igitur navis nostra leni provectione, aura  
secunda feratur inter duos scopulos, quorum uter-  
que sapienter cautèq; declinandus est.

3.

*Crimen in excessu est: nec non defectus aberrat.  
Sed verum, medium qui tenere, tenent.*

Error in excessu est, dicere, Deum ideo esse o-  
mnipotentem, quòd simpliciter & sine ulla exce-  
ptione, quæcunq; dici cogitariq; possunt, sive mala  
sive bona sint, sive aliis aut sibi non repugnent, si-  
ve contradictionem implicent, eadem etiam pos-  
sit efficere.

4.

Error in defectu est dicere, Deum non alia de  
causa vocari & esse omnipotentem, nisi, quia quæ-  
cunq; vult, potest, perinde ac si non latius pateret  
Dei potentia, quam voluntas, vel tantum nostri  
respectu Deum dici infinitæ potentia, nimirum,  
quòd nos non valeamus ejus finem desinire.

5.

Media inter has extremas sententia vera est  
hæc: Deum esse omnipotentem: quia & quæcun-  
que vult potest, & innumerabilia etiam potest  
velle & facere, quæ nunquam neq; volet neq; fa-  
ciet. Et omnium in se ipso suarum actionum ha-  
bet potentiam & virtutem.

6.

Interest enim & nostræ pietatis & Dei im-  
mensitatis cogitare omnia magnifica, ingentia,  
immensa de ineffabili Dei omnipotentia. Ac o-  
mninò humanum captum & ambitum & fasti-  
gium Dei virtus excedit.

7.

Hoc igitur arctè teneatur: Deus ita omnipo-

8.

) ( 3 tens



tens est, ut plura possit, quam velit effecta dare.  
Quia potest etiam velle quæ non vult efficere.

Potest autem Deus gloriosus OMNIA.

9. Primò: Quæ non pugnant cum Dei proprietatibus ESSENTIALIBVS: Quæ non evertunt ejus naturam, ut constantiam, veritatem, sapientiam, bonitatem, nec tollunt ejus gloriam. Quæ si admittantur, non sunt à DEFECTV potentie, seu quæ non arguunt potius IMPotentiam quam POTentiam.

10. Secundò: Quæ non pugnant cum Dei proprietatibus personalibus.

11. Tertiò: Quæ rei quæ Deus non est, non repugnant, seu quorum NATVRA rei capax est.

12. Quartò: Et ut ἀπλῶς, id est, universè dicam: quæ non implicant contradictionem. Sicut in parte summe Theologicæ prima quest. 25. articulo 3. & 4. ait Thomas: ea quæ contradictionem implicant, sub divina potentia non continentur.

13. Breviter: Deus potest omnia quæ non sunt contradictoria: ea scilicet potest, quorum capax est

Deus: quæ non pugnant cum ejus proprietatibus	{	Essentialibus.
		Personalibus.
		Natura sine hujus e- versione.

Omnia



Omnia igitur his contraria non potest. Ver- 14.  
bum ( non posse ) absit à calumnia.

Breviter : Deus potest facere omnia 15.  
quæ fieri possunt: & Deus non potest fa-  
cere impossibilia. Itaque sic quoque piè pos-  
sumus dicere: Ea quæ sunt ἀδύνατα, non ideo di-  
cuntur ἀδύνατα, quòd fieri non possint divina  
potestate: sed ideo potius non possunt fieri divina  
potestate, quia sunt impossibilia, id est, quia sunt  
repugnantia in se et contradictionem involvunt.  
ἰδὲ πόδος, ἰδὲ πῆδημα.

Verùm hæc exemplis declaremus. Primum, De- 15.  
us non potest peccare, mentiri, dormire, ambula-  
re. Sunt inquam Deo hæc in sua εὐσεία, simpliciter  
ἀδύνατα, & tamen est omnipotens. Quia illa  
posse est imperfectionis, impotentia, defectus po-  
tentia, & repugnant Dei naturæ immutabili.  
Non verò posse mentiri & peccare, incomparabi-  
lis Dei perfectionis argumentum sunt. Si Deus pos-  
set peccare, posset à se ipso deficere, quod absur-  
dissimum. Hinc Bonaventura sermone 35. Ni-  
hil omnino est quod non possit Deus,  
quod potentia sit. Deus non potest sedere,  
ambulare & dormire, quia hæc dicunt, id est, ar-  
guunt DEFECTUM potentia & NECESSITATEM IN-  
digentia. Ideo enim indiget animal ambulatione,  
quia non potest esse ubiq<sub>3</sub>, sive indiget somno, quia  
virtutes in eo sunt finita et ἀανάστα, i. e. patibiles.

Et si autem Deus non possit sedere vel ambula-

) ( 4 re in

17.



re in sese, potest tamen effective: facit enim me  
& te ambulare & sedere.

18. Ac licet Filius Dei ambulaverit in his terris:  
tamen non in natura seu essentia Deitatis, sed in  
carne assumpta ambulavit.

19. Deus non potest se in nihilum redigere aut mo-  
ri, quia haec contra naturam simpliciter immor-  
talem & incommutabilem Dei sunt.

20. Dominus non potest facere quin sit iustus, ve-  
rax, sapiens, bonus & tamen est omnipotens:  
Quia negatio & sublatio bonitatis, iustitiae, veri-  
tatis & sapientiae est Dei essentia, negatio & de-  
structio, ἢ τὸ τῶν ἰδιότητων ἀναίρεσις ὅτι φύσεως  
ἀεὶνσις, sublatio essentialium proprietatum est  
naturae negatio & abolitio, Theodoret. Dial. 3.

21. Secundo, pater non potest esse filius nec filius  
pater & tamen neque filius neque pater desinit  
iccirco esse omnipotens. Patrem enim gignere, non  
gigni, filium gigni, non gignere, sunt propieta-  
tes προσωπικάι, id est, personales: quibus perso-  
nae inter se distinguuntur.

22. Tertiò: Deus non potest facere, ut natura an-  
gelica vel animas hominis, vel corpus aliquod sit  
actu infinitum; propter REI repugnantiam:  
& tamen est omnipotens: Quia non ut subje-  
ctum recipit in se adjunctum, sic creatura in sese  
capax infiniti est: & creatura absque terminis,  
esse nequit propter naturae create propriam &  
perpetuam ac immutabilem conditionem, qua à  
creato-



creatore discriminatur hanc: FINITVM esse.

23.  
Creatura Damasceno teste de fide orthod. cap. 8. non potest esse coeterna Deo: Neque enim quod ex non esse ad esse traducitur CAPAX est, ut coeternum sit suo principio: Etsi non nesciam quosdam è Scholasticis disputare, non repugnare naturæ mundi, ut sit Deo coeternus.

24.  
Memorabilis est sententia cujusdam è recentioribus Doctoribus Scholasticis: Communica-  
cavit quidem Deus creaturis eas perfectiones quas conditio creaturæ ferebat: Eas verò quæ superant statum & conditionem creaturæ (hoc est, quæ creaturam non sinunt esse creaturam) non debuit nec potuit communicare. Neque enim fieri potest, ut creatura sit vel infinita virtute prædita, (hoc est, sit subiectum in quo simpliciter infinita δύναμις) vel incausata vel independens, ac (ut quidam putant) Deo coeterna. Quod autem non possit res facere sibi coeternas, hoc manifestissimè indicat summam excellentiam Dei, cui nulla creatura aut in essentia & perfectione, aut in virtute & actione, aut in vita & duratione par & æqualis esse potest. Hactenus D. Scholasticus.

25.  
Natura quidem humana finita, est capax infiniti τῆς λόγῃ per inhabitationem, unionem, κοινωνίαν personalem: Sed non recipit in se, ut subiectum inhaerentiæ, proprietates τῆς λόγῃ. Propria enim non egrediuntur sua subiecta: Et res

) ( 5 creatæ



creata non potest infiniti propria in suam essentiam citra sui abolitionem suscipere.

26.

Quarto: Deus non potest facere, ut trigonus sit trigonus & tamen non habeat tres angulos, vel ut habeat simul tres angulos, & non tres angulos, ut quod est, dum est, non sit, ut, quæ facta sunt, sint non facta: & tamen de omnipotentia Dei nihil detrahatur: quia hæc manifestè contradicunt, vel contradictionem implicant. Adde quod posse hæc, ex diametro pugnat, cum Dei immota veritate et sapientia, imò etiam labefactat omnipotentiam ejus. Non posse hæc, non est in Deo à divitiis, sed potius excellentia & immensitas divitiarum, quæ non patitur Deum à veritate, rectitudine & natura sua discedere.

27.

At enim, inquis, Deus omnipotentia sua potest facere ut duo verè contradictoria sint simul vera. Ergo potest facere ut factum, sit non factum: vel si hoc non potest: Deus non est omnipotens.

28.

Respon. 1. Non potest velle Deus, ut duo verè contradicentia sint simul vera. Et dicere, quod hoc possit, est ludificari Deum & homines, & omnem in rebus divinis & humanis veritatem ac certitudinem convellere. Dicere Deum posse velle vel facere contradictoria, est non fenestram sed decumanam portam fanaticis & hæreticis aperire. Lex igitur de contradictoriis est regula judicii non tantum humani sed etiam divini IM-

MOTA:



MOTA: quod non ex Melanchth. logica tantum, pie asserimus, sed ipsa etiam veritas nobis dicat. Deus enim qui est αὐτὸ ἀληθές, id est, ipsissima veritas, non miscet ea quæ sunt, & quæ non sunt. Deus qui immutabiliter verax est, nec vult aut volet in sempiternum, ut quod est, dum est, nō sit, hoc est, ut affirmatio sit negatio et ita veritas evertatur.

2. Præclare sanè Augustinus lib. 26. contra Faustum cap. 5. Quisquis dicit, si omnipotens est Deus, faciat ut quæ facta sunt, non facta fuerint, non videt hoc se dicere, faciat ut, quæ vera sunt, eo ipso quo vera sunt, falsa sint. Non est profectò veritas Dei committenda cum Dei omnipotentia: quia Deus secum ipse non pugnat.

3. Nec ullum unquam Deus θαυματῶδες, edidit miraculum, quo idem verum & non verum esse, quo actu aliquid esse, idemque simul eodemque tempore non esse declararet.

Tanta igitur est contradictionis firmitas, ut 29.  
nulla vi labefactari possit.

Itaque ex contradictionis decreto immutabili pronuntiandum est cum queritur: An 30.  
Deus possit contra ordinem ac tenorem Naturæ à se institutum quidvis facere. Exempli causa, an possit facere ut ignis sit ignis & tamen non habeat εἰσώδη, & interiorem ac formalem δύναμιν ignis scilicet θερμαντικήν.

AN



An corpus, quâ corpus necessario habeat terminos internos.

31. Resp. per distinct. Lex & ordo naturæ talis est, ut ejus transgressio ac violatio vel inferat vel non inferat contradictionem, pugnantiamve, ut loquuntur, in adjecto (qua phrasi intelligitur, attributum repugnare naturæ subjecti.)
32. Si infert contradictionem, Deus non potest non ordinem naturæ servare. Idque fit non vitio aut imperfectione Dei, sed rerum ipsarum conditione & natura: intellige, quod res non sint capaces hujus vel illius.
33. Si contradictoriam pugnam non infert: Lex ordôque naturæ, Dei potentiâ potest superari.
34. Ut: Deus non potuit facere, ut forma hominis essentialis esset, ut loquuntur, asinèitas, seu homo esset absque animo, prædito vi intelligendi: ut corpus, quâ corpus, nullam haberet dimensionem: ut triangulum esset figura quadrangularis: quia contradicunt: Hominem esse, & tamen esse rationis expertem, seu absque animo vi intelligentiæ prædito: Corpus esse, & tamen nullam habere dimensionem: triangulum esse, & tamen non esse triangulum sed quadrangulum.
35. At Deus potuit nos sine filii missione & incarnatione servare: potuit suscitare de lapidibus filios Abrahæ: Potuit facere ut ignis in fornace babilonica non ureret tres sanctos viros, etsi in alia vim suam & actionem explicaret: Quia inde nulla  
existit



existit pugna ἀντιφατική; & ignis se ad præscriptum & ordinationem ac voluntatem Dei accommodat, ita ut natura ejus & ordinatus modus agendi non destruat.

Sed & distinctio tenenda est inter Potentiam Dei ABSOLUTAM & HYPOTHETICAM: quo modo etiam voluntas ejus distinguitur. 36.

Etsi enim una sit re vera & simplex Dei voluntas & potentia: tamen est ejus duplex ratio, consideratio respectus. 37.

Uno modo consideratur secundum se & in se absolute. Altero modo ex hypothese, verbi gratia: ut subest certæ ordinationi & legi divinæ, qua Deus constituit quid velit facere.

Absoluta potentia est, qua Deus potest simpliciter quicquid in genere seu ordine entis fieri potest. Hac Deus facere potest & potuit infinita etiã quæ non vult, & quæ non decrevit facere. 38.

Potentia verò conditionalis seu Hypothetica est, qua Deus potest, quæ constituit, vel per se ipsum solum vel per causas secundas, vel per se unã cum causis secundis juxta conditionem earum facere: quæ potest quæ vult facere, vel ordinariè vel extra ordinem, & non potest, quæ liberè non vult, imò liberrimè. Hac igitur pro bonitate, sapientia & ordinatione sua volens multa non potest, quæ aliàs simpliciter ei impossibilia non sunt. 39.

Ad potentiam hypotheticam, quæ & actualis dicitur. 40.



dicitur, qua operatur tantum Deus quaecunque vult, pertinet potentia Dei ORDINARIA de qua Scaliger. exerc. 365. Sect. 8. ORDINARIA potentia est absolutæ pars. Una enim in Deo est potentia. Et omnino quicquam in Deo ponere, quod non sit absolutum & quod non sit ipse Deus, impium est. Neque ordine disponitur aut restringitur eius potentia, sed ipse ordinis auctor est: cuius ordinis necessitas omnis ab eo pender. Ipse in rebus ordinem præfixit per sapientiam & bonitatem.

41. Ordinata igitur potentia Deus quædam non potest, quatenus est & manet volens sub regula et lege hac, quæ absolutam potentiam moderatur, nimirum sub sapientia & bonitate.

42. Hæc declarabimus exemplis. Potest suscitare filios Abrahæ Deus de lapidibus voluntate absoluta, quod tamen facere noluit.

43. Potuit Deus pater fieri homo si voluisset, sed non voluit. Absoluta igitur potentia potuit, quia non evertit hoc eius naturam nec implicat contradictionem. Non potuit potentia hypothetica et ordinata seu τὸ ἀποκρίνον, quia pugnat cum decreto voluntatis suæ.

44. Deus non potest me facere Pontificem Romanum. Ex hypothese enim non potest Deus facere, quæ non decrevit se facturum.

45. Potuimus absoluta Dei δοῦναι redimi per mediatorem, qui non esset θεὸς ἰσὺς πατρός: sed non erat  
hos



hoc decens, non congruebat hoc divinæ sapientiæ & ordinationi. Congruerat μεσίτην Dei & hominum esse Deum & hominem.

Potest filius Dei assumptam à se naturam deponere potentia absoluta: At non poterit ea, quæ est ἐξ ὑποθέσεως, quia semel placuit Deo, filium assumpta carne in eternitatē omnem manere fratrem nostrum: id amplius ei displicere nequit, ideo non potest non nobis esse secundum carnem germanus & ὁμοῦσι.

46.

Potuit quidem Deus (ut et potest et poterit) creare mundos alios potentia absoluta, qua Deus omnia potest quæ velle potest. Sed non fuit optimum. At summum bonū Deus semper quod optimum est vult, quod per sapientiam cognoscit. Non igitur potuit creare mundos alios ordinaria potentia, qua potest quæ constituit & decrevit.

47.

Potest et potuit Deus melius seu perfectius facere hoc & illud, quā fecit ex immensitate potentie sue absolute nobis abscondite. At ex bonitate & sapientia sua summa, quam diximus esse potentie regulam, res perfectiores creare non potuit. Scalig. potest semper etiam facere aliquid melius quatenus intelligimus id posse rectè ordinari ad ipsam Dei bonitatem, tanquam ad finē optimum.

48.

Deus qui infinitus est, non potest facere essentia & virtute infinitum, neque absoluta neq; ordinaria potentia. Faceret enim alium Deum:

49.

faceret.



faceret, sibi æquale aliud: & ita naturam U-  
NITATIS suæ everteret. Nihil autem infini-  
to æquale esse potest. Et Dii duo, infinita duo rea-  
lia, nequeunt esse nec in natura nec extra na-  
turam. Essent enim duo principia prima. Et quàm  
necessariò Deus est, tam necessariò unus est. Et  
quod antea dixi, res non potest esse subjectum δε-  
ξικόν seu capax infinitatis.

50.

Pulchrè utrámque causam conjungit Scaliger  
his verbis: Deus cum facere non posset mundum in-  
finitum potestate æqualem sibi, fecit ævo infini-  
tum, similem sibi. Cælum igitur finitum ma-  
gnitudine ac potestate dicendum est: propterea  
quod alium Deum Deus facere nequit. Fecisset  
autem, si fecisset infinitum potestate. Iccirco infi-  
nitum ævo fecit. Que sola poterat evenire rei cre-  
ata perfectio quam iccirco infinitatem finire po-  
terit is, qui potuit dare quando volet, sicut voluit.  
Hec Scaliger.

51.

Non igitur potest Deus supra summum seu ul-  
timum Cælum facere creaturam verè & ἀπε-  
κείως infinitam. ἀδύνατον, σὴν αὐτῶν φύσιν ἐκτὸς τῶν  
φυσικῶν ιδιωμάτων: fieri non potest, ut natura  
consistat, sublatis naturalibus proprietatibus, in-  
quit Damascenus: Intellige ordinata potentia fie-  
ri nequire.

52.

Quicquid est creatum, δύναμι, id est, pote-  
state, tale est, ut possit ex quolibet fieri quodlibet  
respectu omnipotentia Dei absoluta, qua Deus  
omnia



omnia quæ simpliciter dicitur sunt facere potest, etiã si nõ faciat omnia, ut, potest ex aqua fieri sanguis, & aqua ex sanguine: Imò aliquid ex nihilo.

Deus enim non eget ullius materia, ut nec temporis, ut in actum suam potentiam redigere possit: Quo ipso maximè infinita absolutissimãq; eius potentia comprobatur.

53

Deus potest salvare Judam proditorem, Christi potentia absoluta: Sed ordinata non potest.

54

Quia à sapientia eius lex emanavit universalis, cuius est conservator, non everfor. Omnis in vitæ extremo non conversus ad verum Deum, qui Pater est Domini nostri Jesu Christi, damnabitur: Seu. Quicumq; perseveraverit ad finem usq; servabitur. Ergo, à cõtrario sensu, ut loqui solet vulgus logicorum: Quicumq; nõ perseveraverit ad finem usq; in damnatis, abjectis & semel perditis erit. Si omnino decrevit Deus te facere principem virum, ordinata potentia hoc potest, si non: ordinata potetia nõ potest. Potest autẽ absoluta.

Sic sententiarius Nicolaus de Orbelles (in cõpendio in sententias) licet Deus potentia absoluta, qua potest quidlibet, quod nõ includit contradictionem, posset cacodæmonibus dare gratiam: nec potest tamen potentia ordinata, quæ est illa, quæ conformis est in agendo regulis prædefinitis à divina voluntate, quales sunt: Ignis eorũ non extinguetur. Ibunt in supplicium æternum. Vide Augustinum de civitate Dei, 21.

55

))(

Anselmus



56. Anselmus in libro, Cur Deus homo, sentit  
 necesse fuisse genus humanum reparari per pas-  
 sionem Christi, ita ut non potuerit reparatio ista  
 fieri per meram seu nudam creaturam. Sed Sco-  
 tus existimat, aliter potuisse λύτρωσιν fieri seu  
 nos redimi, quàm per Christi θανάτῳ πρὸς mor-  
 tem. Sic Augustinus lib. 13. de Trinitate: Alius  
 modus redimendi hominem, Deo non defuit,  
 cujus potestati cuncta subjacent.
57. Anselmi sententia vera est, intellecta de Dei  
 potentia ordinata, & necessitate Convenientiæ  
 seu Congruentiæ ac lege divina sapientiæ: Scoti  
 verò & Augustini de potentia & necessitate Ab-  
 soluta.
58. Sed redeamus ad veterem Scholasticum Ni-  
 col: de Orbell. 15. distinct. 10. quest. 2. tertii, Deus,  
 inquit, ex potentia ordinata non potuit nõ dare  
 summam gratiam Nature unita verbo: Ex  
 Absoluta verò potuit non dare.
59. Hinc questio expediri potest: An Deus id so-  
 lum possit facere, quod ab aeterno decrevit, se ali-  
 quando nempe in tempore facturum? Responde-  
 tur enim per distinctionem potentiæ divinæ. De-  
 us id solum potest facere, quod ab aeterno decrevit  
 se aliquando facturum, scilicet potentia ex hypo-  
 thesi limitata: Deus non solum id potest & c. sci-  
 licet potentia absoluta & simpliciter illimitata:  
 liceat enim mihi uti hinc terminis Scholasticis.
60. Ex his hoc quoq; intelligitur: Multa esse im-  
 possi-



possibilia, quæ tamen Deus posset facere, si vellet, impossibilia scilicet non simpliciter, sed ex hypothesi propter constantem ac immutabilem decreti & voluntatis Dei veritatem.

Utilis quoque hæc est distinctio. Dei potentia est operationis seu actionis vel internæ vel externæ. 61.

Internæ seu immanentis: quia in se ipso ab omni æternitate egit & agit. Hæc non potest non *ἐνεργεῖν*, id est, operari, seu hæc operatur necessitate immutabilitatis eâ, quæ dicitur *τὸν αἰδίω* id est, æternorum. Si enim non *ἐνεργεῖ*, ut si non intelligit se ipsum, poterit etiam efficere ne sit Deus: quo quid magis absolum, ne quid dicam gravius. 62.

Externæ seu transeuntis, quæ extra se liberri- 63.  
mè in principio temporis & tempore, quod pars definita æternitatis infinitæ est Bodino, operatus est, & etiamnum operatur & operari, si velit, innumera potest. Sic Deus potest creaturas omnes prorsus in nihilum redigere, propriè ita dictum, potentiâ absolutâ (sicut potuit eas creare potentia, quæ ex hypothesi est) sed non potest illud potentia respectiva, seu ordinaria & actuali, quia repugnat hoc sapientiæ, gloriæ & bonitati eius.

Itaque neque redigit, neque rediget unquam ullam creaturam in omnino simplicitèrque nihilum. 64.

Cum enim Christus mutabat aquam in vinum, aqua actu peribat quidem, sed non redigebatur in nihilum, non desinebat esse aqua potentiâ. 65.

) ( ( 2 Etsi



66. Etsi igitur mundus finem sit habiturus incendio, tamen non in nihilum simpliciter redigetur, sed novum ei coelum subibit.
67. Scaliger tamen exercit: 61. sect. 5. est in hac sententia: Etiam coeli materiam incendio consumptum iri, ita, ut sicut ex nihilo coelum factum est, sic in nihilum quoque sit rediturum, (quod graecis est *ἐκ τῆς ἀδυναμίας*) & ex nihilo novum exorturum, nobis *δύσπερασον*, imò inexplicabile.
68. Ad externam Dei actionem pertinent, quae Deus ut agens liberrimum & omnipotens, supra ordinem vel naturam vel sacri ministerii facit κατὰ *ἰκονομίαν* seu dispensationem. Haec dicuntur miracula et opera Dei extraordinaria, ut sunt conversiones aquae in vinum, aquarum Aegyptiacarum in sanguinem, baculi Moysi in colubrum, actionis ignis in fornace babilonica suspensio. Haec sunt actualis Dei potentiae & ordinatae, quatenus per dispensationem haec Deus facere constituit & ordinavit. Sed potest & alia innumera captum nostrum excedentia edere miracula potentia absoluta, quae tamen nec edidit nec editurus est unquam.
69. Non est autem argumentandum ab ABSOLUTA potentia Dei ad voluntatem & actum: alioquin Omnipotentia seu omnipotens vis Dei, operculum erit multarum falsarum opinionum: Sicut omnibus temporibus inventi sunt, qui consentanea et somnia sua (liceat mihi loqui paulò acriuscule)



criusculè) venditarunt & propagarunt velo Omnipotentia: quibus nobis non convenit esse ὁμοφώνοις.

Quæ differui de Dei immensa Potentia, nullam prorsus patiuntur labefactionē ex eo, quòd Deus à sanioribus Philosophis dicitur expers δυνάμεως seu Potentia. 70.

Intelligunt enim non facultatem δρασικὴν καὶ ἐνεργητικὴν, id est, virtutem activam, sed Potentiam παθητικὴν seu passivam, gratia cuius res sunt mutabiles et aliusmodi. Hanc potentiam dicunt in Deum non cadere: quæ sententia sustinet se ipsa. 71.

Scilicet Deus non potest fieri, affici, alterari, seu variari & mutari. 72.

Est, ut Platonis divini Philosophi verbis utar, μονοειδὴς uniformis. 73.

Est καὶ αὐτὸ ὡσαύτως κατὰ ταῦτα ἔχον, id est, ipsum per se ipsum similiter eodem modo habens, quod ἑδέποτε ἑδαμῆ ἑδαμῶς μεταβολὴν, ἢ ἀλλοίωσιν ἑδαμῶν ἐνδέχεται, id est, nunquam ullo modo ullam mutationem & alterationem recipit: 74.

Est ἀπαθὴς, ἀμετάβλητος, ἀτροπίαστος, nullum sentit τροπῆς ἀποκλίσματα: est ἀναλλοίωτος καὶ ἀτρέπτos. 75.

Non cadit in eum neq; accessio, neq; decessio, In Deū non neque juvenit̄, neque senectus (Hæc omnia Platonica sunt.) ) ( ) ( 3 Vegetis ἡλικίαις neq; iunior est neq; senior. 76.



77. Vegeta & sapiens ratio negationis, potentia passionis in Deo haec est:

Quae in potentia patiendi versantur, habent prius & posterius, nec non aliquid imperfectio- nis. Quod aeternum est, ut Deus, nihil habet prius & posterius: nihil habet imperfectio- nis.

Ergo abest à Deo potentia patiendi.

78. Hinc potest peti ratio: Cur Deus non possit mutari à non esse in esse, ab esse, in non esse, mori, se ipsū destruere: Nempe quia non possunt in De- um cadere, quae arguunt in eo potentiam quan- dam passivam. Nihilominus est, & manet in o- mnem aeternitatem summus ἀτοκράτωρ & παντοκράτωρ, qui per se potest omnia, & in o- mnia habet imperium, ad causas secundas non adstrictus.

79. At enim dicat simpliciter aliquis: λόγος ὑ- πὸς αὐτὸν, qui Deus est, quomodo sit invariabi- lis seu ἀναλλοίωτος, cum proprie, non equivocè, qui splendor est paternae lucis, sacrae literae tribu- ant ei τὰ πείνωσιν, summisionem, exinanitio- nem, passionem?

80. Hic distinctio adhibenda est Nazianzeni in Orat. I. de lege, ἄλλος μὲν φύσεως, ἄλλος δὲ οὐ- κωνομίας λόγος. Distinctio haec rationis est. Quod Filius Dei humiliasse & exinanivisse se dicitur, hoc ad οὐκωνομίας incarnationis, assumptionem humanitatis & usum Majestatis, non ad naturā ipsam seu essentiam τὸ λόγος referri debet. Sum-

misit



misit se in carne, humiliavit se, ut à patre missus  
 seu quatenus filius à patre datus, est Deus in car-  
 ne patefactus. Exinanivit se primum assumendo  
 humanitatem, formam servi accipiendo. De-  
 inde assumpta iam humanitate, in ea enim dis-  
 simulavit & occultavit ad tempus <sup>propter</sup> Deū,  
 gloriam, potentiam et maiestatem divinam, quæ  
 postea declarata, revelata & manifesta facta est  
 hominibus, præcipuè per resurrectionem, nulla  
 interim in natura. Debetur hoc denominatione facta:  
 semper enim filius, quæ filius, essentiali, æterna  
 et infinita potentia Patri æqualis est, nunquā minor,  
 quia pater & filius ejusdem prorsus et simpliciter  
 immutabilis nature sunt. Quod ad passionem atti-  
 net, non divinitas, sed Filius Dei passus est, quia  
 caro patiens, et cujus solius naturaliter propria est  
 passio, ipsius (Filii Dei) propria est, & non nudi-  
 duntaxat hominis. Passus igitur est filius Dei  
 per *κοινωνίαν ἰδίου μέρους* (id est, predicationem  
 qua proprium unius nature tribuitur personæ ab  
 altera nature denominata) seu *ἕλθε*, i. e. secū-  
 dum carnem tantū. Athanasius in sermone ma-  
 jore de fide apud Theodoretum 3. Dialogo: Ut  
 lux non leditur in obscuro loco: Sic vita pati non  
 potest sustentans naturam mortalem. Nam di-  
 vinitas verbi mortalitatis & alterationis expers  
 est: Sicut per Prophetam inquit Dominus, Ma-  
 lach. 3. Considerate me, quod ego sum & nō mu-  
 tor. De quo non est quod pluribus agam *ἵνα*  
*ἡμεῖς* enim foret.

Hanc




81. Hanc autem sententiam de infinita Jehovah Dei nostri potentia teneo, ac piam esse & congruere cum Catholica Ecclesia & Christianorum Philosophorum sententia statuo: paratus tamen inducere & corrigere, si quid à me dictum esse vel ipse, vel monitus, quod commodius dici & dexteriorius explicari potuit, animadvertero.

82. Summa. CONFITERI DEVM ESSE & negare omnipotentem: Contraque, confiteri Deum esse, & affirmare eum posse, quæ IMPOTENTIA & imperfectionis sunt: utrunque apertissima est insania.



QUESTIO





QUESTIO I.

AN ACCIDENS

ΥΔΙΟΝ ESSENTIALE,

POSSIT ABESSE

re salva.

NEGATUR CONTRA

Heitz. Busch.



CCIDENS ESSEN- *ὄρος ἀνα-*  
 tiale est, quod essentiam *πρόδεικτος*  
 subjecti consequitur, vel *cum ἐκδέ-*  
 potius comitatur. Per essen- *σει quæ ha-*  
 tiam interdum tota substantia *βει πρώτα-*  
 intelligitur. Tale est visibile *αὐτὸν seu δέ-*  
*αὐτὸν.*

colore, lux à corpore lucido manans.

2. Hoc non potest non inesse, sed necessariò & per se inest. Zabarella 1. poster. Analyt. Comment. ad contextum 52.

3. Adeo ut ne mente seu cogitatione quidem divelli à subjecto possit: tam firmo nexu ei cohæret.

4. Non solum existere corpus lucidum non potest sine luce, visibile sine colore; sed neq; imaginari sine contradictione possumus, corpus lucidum non habere lucem, visibile non esse coloratum. Essentiam enim corporis lucidi ( ut solis ) in-

A sequi-



2  
sequitur lux: visibilis, color. Quare dum cogita-  
mus corpus lucidum aut visibile, rem habentem  
lucem aut colorem cogitemus, necesse est. Propria  
oculi facultate sublata, ne quidem amplius suum  
nomen verè obtinet oculus.

Contentio  
seu illustra-  
tio à com-  
parat. dis-  
simil.

5. Talia accidentia sunt propria reci-  
proca non communia.

6. Communia enim etsi dari possunt  
quæ re ipsa non possunt separari à subje-  
ctis: quamobrem Inseparabilia ea di-  
cuntur: possunt tamen abjungi cogitati-  
one: hoc est possumus imaginari subjecta esse si-  
ne illis: ut corvus, quamvis nunquam dicatur esse  
sine nigredine, imaginari tamen possumus sine cō-  
tradictione eum non habere nigredinem. Non di-  
co SIT; sed, dicatur esse: Nam Aristoteles corvos  
aliquando candidos videri tradidit, sed ut rarissi-  
mum quiddam, s. c. 6. de gen. animal: inde pro-  
muni testi-  
monio Phi-  
losophorū,  
cum αε-  
λησει, quæ  
habet αβλι-  
αετασιν  
seu anti-  
thesin &  
ευσασιν  
Adversa-  
rii.

7. Hæc sententia non nova sed vetus est, &  
sua antiquitate nobilis ac omnium, rectè Philoso-  
phantium mentibus altissimè insedit: & tamen  
eam impugnare atque oppugnare non veretur  
Heitzo Buscherus, quam quidem tum demum ex-  
pugnabit, cū arx veritatis jacebit, hoc est nunquā.

8. Sen-



8. Sententiae nostrae confirmatio aliàs dicta ἀποδεδειγμένη  
est.

9. Nunc confutabimus ἐνστάσεις Adversarii, (reie-  
ctio) sumptas seu petitas ab elemento aqueo & homi-  
ne. 1. Aqua essentialiter frigida est, & tamen  
frigus ab aqua, salva hac, abjici & abesse potest.  
Expellitur enim ab arētiosissimo & efficacissimo  
agente externo, igne, & succedit calor, qualitas  
contraria. 2. Et ab hominibus mutis abest ho-  
minis proprium. Ergo quaedam propria essentia-  
lia abesse possunt à subiecto præter huius corrupti-  
onem. In fasciculo controvers. quest. quest. 4.  
pag. 86.

10. Error Adversarii hinc est, quod non est in- Detectio  
gressus Philosophiae penetrantia, ubi didicisset, esse ψευδὲς  
distingendum inter Proprium & Actum πρῶτον &  
proprii: Inter propria, quæ in sunt φύσει confutatio.  
& quæ in sunt ἐνεργεία.

11. Ita igitur res habet, ut docet Schegkiius in  
5. Top. ad locum 25. Quæ verè & proprie  
propria sunt, semper inesse oportet. Sed  
diverso modo.

12. Quaedam enim ex his ipsis in sunt simpli-  
citer, ut τῆ ἐνεργεία, id est quatenus in sunt sub-  
iectis actu. Sic proprium ignis est esse summè cali-  
dum: Cœlestium continuè in orbem moveri.

13. Quaedam in sunt subiectis φύσει (na-  
tura) seu quòd respectu eorum dicuntur πρῶ-  
τον φύκόντα. Ut 1. Proprium aquæ est, esse primò  
A 2 frigi-



frigidam & humidam non simpliciter sed determinatè nempe φύσει seu propter φύσιν: Id est, aquæ secundum naturam affectæ, semper inest frigus actu: sed præter naturam affectæ, calor inest actu, frigus potentiâ naturaque, propter, seu per quam potest aqua talis redire ad actû, id est, ἐξ ἰσότητος. 2. Proprium omnium hominû est, capax disciplinæ, si determinatur NATURÂ. Actu enim multi sunt non capaces propter naturalem quandam vel ἐπιγνομένην, hoc est, adventitiam impotentiam, ut furorem, delirium. 3. Omnium hominum in hac naturæ corruptione proprium est, non ut simpliciter, sed ut naturâ sint filii iræ. 4. Omnibus hominibus inest propriè, ut sint ἡμετέροι φύσει, seu politici κοινωνικοί & sociabiles naturâ, etsi quidam eligant vitam solitariam & fugiant hominum consuetudinem, in quibus φύσις & potentia non traducitur ad actum. 5. Animal dicitur potentiam habere seu πεφυκός esse, ut sentiat: Quæ κατὰ φύσιν δύναμις, proprium est πάθος animalis.

14. Horum priorum actus pro perfectè reciprocèque propriis haberi nequeunt. Hinc ἐνεργεια, id est, actus, SENTIRE accidens proprium animalis à Peripateticis dicitur, sed quod κατὰ φύσιν ratione, subjecto animali non insit; quia, non semper sentit (actu) ut in naturali somno, in sopore, qui narcoticis herbis & pharmacis conciliatur, in ecstasi.

15. Nam



15. Nam Narbonensis quidam Nobilis à piratis Turcarum captus, sopore Narcoticorum conciliato, sine ullo sensu doloris castratus fuit. Et Hermotinus Clazomenius saepe abreptus in *ἄνυσσιν* ab hostibus sine ullo sensu & motu casus est: testibus Plutarcho & Solino.

Hieronymus ille Cardanus tum de se ipso, tum de Ericcio patre confitetur, in fine libri de rerum varietate, animis se abreptos extra corpus fuisse, ut nullum omnino dolorem in eo statu vulneribus illatis sentirent. In talibus, *φύσιν* adhuc reliquam esse hinc patet, quòd qui narcoticis herbis & medicamentis in soporem projecti sunt, deinde medicamenti vi operationeque evanescente à somno excitati sunt: Et Joannes Dunesius (Duns eum vocare solet Scaliger) Franciscanus, quem vulgò Scotum vocant, cum ecstasi aliquando passus esset, omnibus sensibus atque etiam cordis ipsius motu, qui quidem animadverti ab hominibus possit, spoliatus, pro mortuo elatus ac sepultus, eodem tamen momento quo terra obruebatur, conflictari cadaver cœpit, & membra collidere feretro; quod Libidinarij sentientes, semimortuum ac palpitantem fovea detrahunt: Sed jam effuso sanguine & cervice confracta serio animam ejecit, sicut repetit hoc ex Historia Joannis Bodinus. Unde bis mortuus esse dici potest. Primum imperfectè: deinde perfectè. De hoc Scoto, ut aliquid *πᾶσι* adspergam, antequam



naturaliter mortuus esset, sepulto, aliquando hoc  
feci distichon:

Ante obitum feretro portor tumulan-  
dus: in ipso,

Crede mihi, vivens heu perii tumulo.

Et

Hic SCOTUS in tenebris jaceo, tumula-  
tus in alvo

MATRIS, adhuc vitæ cum super aura  
foret.

16. Ut igitur redeam, vnde sum digressus:  
Animalis proprium est ut secundum na-  
turam habens possit sentire: etiamsi ipsum  
effectum interdum non sequatur.

17. Propria enim, ut dixi, determinata N A-  
TURA seu quæ naturâ insunt, non semper in-  
sunt actu. Actu insunt, quamdiu subjectum se-  
cundum naturam habent. Ergo semper & non  
semper. Semper: cum subjectum secundum natu-  
ram habent: non semper: ut cum subjectum præ-  
ter naturam habent.

Ut Animal perfectum semper φύσει mas-  
culinum aut fœmininum est: ut plurimum; non  
semper actu, quia hermaphroditus seu andro-  
gynus est, cum habet seu affectum est τὰ ἐξ φύ-  
σεως.

18. Ut igitur instantias opponentis, in Topi-  
cis Aristotelis hospitibus, excludam: Proprium illud  
homi-



hominis, capax sermonis, adstringo definitioque  
 NATURA: ut capax disciplina: & dico  
 actum loquelæ abesse à nonnullis ( quanquam  
 in pauci sint ) singularibus hominibus idque per  
 accidens & præter naturam conveniente nihilo:  
 Proprium illud aquæ ( FRIGIDUM ) deter-  
 mino ( ut cum Schegkio loquar ) limitatione  
 Natura, & dico, cum frigida ( φύσει ) aqua sit ca-  
 lida ( πρὸς φύσιν ) aquam non PROPRIO,  
 sed ACTU PROPRII PRIVARI:  
 Et, licet ACTUS frigiditatis possit permuta-  
 ri contrario actu caliditatis salvo subjecto, a-  
 qua: φύσιν tamen, hoc est, naturam ipsam &  
 κατὰ φύσιν ita habere, contrario permutari  
 non posse: Sicut posse dormire proprium est  
 animalis, quo distinguitur, à non animali,  
 non autem actu dormire: qui actus potest per-  
 mutari contrario, quod est vigilare & non dor-  
 mire ( actu ): Potentia autem dormiendi, con-  
 trario, absoluta impotentia dormiendi, permutari  
 non potest.

Potest quidem in animali esse vigiliarum pri-  
 vatio. Verum ea privatio non est perfecta, sed *Duplex Privatio.*  
 imperfecta, non est simplex & ὁλική, id est,  
 ex toto, sed κατὰ τι ( secundum quid ) & μερικὴ  
 ( ex parte ) id est, ea privatio non est actus, & po-  
 tentiæ simul, sed actus tantum privatio, et ita im-  
 potentia quedam actualis: sicut cæcitas illa qua non  
 modo actus, sed etiam potentia subjecti perimitur,



& oculi *εὐα* interit, perfectissima privatio est: itaque in ea est irrecuperabilis & potentia & actus. *Cacitas* verò ea, quæ opponitur visui, ut morbus sanitati, imperfecta privatio est: quia in ea est adhuc integra oculi essentia, & actus tantum à subjecto abest, ideòque contrario habitu, visu, permutabilis est.

19. Rectè igitur & sapienter Melanchthon, *Frigus aquæ* non ad 4. predicabile Proprium, sed ad quintum Accidens, & quidem separabile refert. Quia aqua non est perpetuò & immutabiliter actu frigida: quo accedit & hæc causa, quòd frigus (ut à Melanchthone accipitur) non soli aquæ sed etiam terræ convenit: quod contra naturam proprii est, ut quod uni soli conveniat:

20. Jacobus verò Schegkius & hunc secutus M. Flac. Illyr. uterq; autem Aristotelem imò verò veritatem ipsam, ad proprium *τὰ δὸς*, adhibita hac moderatione, quòd aqua *τῶ τως* semper frigida sit *τῆ φύσει* seu *κατὰ φύσιν* & tradita hac regula ex Aristotele: *Causa potentia*, quædam rebus subjectis propriè dicuntur inesse, quatenus scilicet subjecta sunt *πεφυκότα* (apta, nata) ut capax discipline, & sermonis homini: posse dormire, aut vigilare, animali: posse nutriri seu indigere nutrimento, animato: posse primo nutrire, animæ vegetanti.

21. Itaque concludo disputationem hanc sic: *τῆ φύσει proprium τὰ δὸς* non potest à re subjecta ab-



abesse citra eius corruptionē: Loqui posse, natura proprium τᾶδος hominis est. Ergo, τῷ τεφικέ-  
ναι proprium τᾶδος non potest abesse à subjecto, hoc incorrupto.

Primò frigidum esse est aquæ τῆ φύσει seu τῷ τεφικέ-  
ναι proprium τᾶδος, non actu. Ergo ab-  
esse ab aqua non potest nisi corrupta, & abolita  
aqua inq; aliud corpus transmutata, seu: ut bar-  
bari nostri Philosophi, qui delicatè sapere nolunt,  
loqui solēt, transelemētata seu transubstātiata.

22. Accidens separabile, non est τᾶδος pro-  
prium essentielle: Frigus est accidens aquæ sepa-  
rabile Buschero nostro.

Ergo frigus non est τᾶδος aquæ proprium es-  
sentiale. At Buscherus hanc negantem conclusio-  
nē in affirmatam commutat, affirmat enim fri-  
gus aquæ esse eius proprium τᾶδος essentielle. Ergo  
necesse est castiget assumptionē, modò nolit majorē  
negare, & ita sapientior esse omnibus Philosophis.

23. Propositio major, communis Philosopho-  
rum vox est: Itaq; etiam Buscheri esse debet, ni  
velit sibi dicam ab iis scribi, proprium & sub-  
jectum se mutuo tollunt: neque alte-  
rum ab altero segregari potest. quod-  
cunque tolli & separari à re aliqua po-  
test, non est eius proprium.

24. Non igitur obtinuit Buscherus, quædam Συμπε-  
τᾶδι propria essentialia re abesse, incorrupto ma-  
nente subjecto contra Goclenium: qui statuit ea εγσμα.

A 5 oriri



oriri & aboriri simul cum subjecto, hoc est, iis peremptis in subjecto, necesse esse ipsum quoque subjectum aboleri: Quod Magistro excercitabundo à Magistro olim problematico, nunc apodictico, fuerit demonstrandum.

QUÆSTIO II.

AN HOMO MUTUS DESTITUTUS SIT HOMINIS proprietate.

ἄξιωμα κα-  
δολικόν.

**A**XIOMA est immota veritatis, ideòque nulla sophistica labefactari potest in animis rectè eruditorum.

PROPRIO perempto, ut nihilominus supersit subjectum proprii incolume & incorruptum, fieri nulla ratione potest. Schegkius lib. 5. Top. pag. 773. Hoc (subjectum dico) ne quidem nomen suum (verè) amplius obtinet. M. F. Illyr. lib. 2. generalis log. pag. 77. Nolo enim meis uti verbis ne videar novum aut hyperbolicum dogma gignere.

ἀντίθετον  
speciale,

2. Sed Buscherus dans hìc, ut loquuntur, INSTANTIAM: Muti, inquit, sunt homines non minus quàm qui loquuntur, & tamen loqui non possunt.

ὁ πόθεσις.

3. Itaque queritur: An homo mutus aut cæcus careat hominis proprietate? Affirmat Heiζο Buscherus, negat Goclenius.

Pro-



Probatio categorica, directa seu  
ostensiva.

4. Ramus dividens animal in loquens, ut est homo, & mutum naturâ, hoc est non loquens (ut est bestia) definit hominem animal loquens. Muti, id est, infantes privatione, sunt homines. Ergo muti, id est infantes seu ἀλογοὶ privatione, sunt animalia loquentia.

5. Quod est animal loquens, non amittit proprietatem hominis, naturalem propensionem ad loquendum.

Homo mutus, quia homo, est animal loquens. Ergo homo mutus, quia homo, non amittit proprietatem hominis &c.

Probatio Hypothetica.

6. Si aptitudinis actus esset proprium hominis adjunctum, in omnibus individuis esset necessarius. At aptitudinis actus non est in quolibet individuo necessarius. Scaliger exercit. 250. Sect. 3. qui hoc probat exemplo Crassi, Agelasti cognomēto, nobilis, quod non riserit. Ergo aptitudinis actus non est proprium hominis adjunctum,

Probatio indirecta seu apagoge  
ad impossibile & ab-  
surdum.

7. Bestiae sunt animalia non loquentia. Quia animali Ramo aut est loquens, ut homo, aut non loquens (quod mutum dicit) ut bestia.

Homo



Homo mutus est animal non loquens Buschero: Ergo homo mutus, est bestia Buschero, quod erat demonstrandum.

8. Sed mane Gooleni, inquit Heizonis Buscheri defensor, post arbusta delitescens: habeo nitedulam in veprecula. Annon Nebucadnezar fuit & mansit homo, licet amisisset hominis proprietatem?

Animum enim suum ad bestias applicuit, & cum brutis animantibus in solitudine degit, ut legitur apud Danielelem.

9. Ego verò maneo: & respondeo: Etiam si darentur mille *μισάνθρωποι* & solitarii, & certum sit Nebucadnezare inter bestias vixisse aliquandiu: tamen proprium hominis est, convictus amantem, domesticum, familiarem, sociabilem esse per se & NATURÂ: non verò ex necessitate ACTU, qui cessavit aliquandiu in Nebucadnezare per accidens propter maniam, ut crediur, vel aliam amentie speciem. In explicatione Oeconomicorum Aristotelis sic respondi: sicut naturale est omni perfecto animato, generare sibi simile, etsi quedam individua non generent, ob *ἐπινομήνῃ* seu accidentariam imperfectionem & depravationem: Et, ut licet omnes homines natura scire aveant, multi tamen in perpetua rerum versantur ignorantia, propter causas accidentarias, naturam impediennes, ut sensuum ἀδυναμίαν, paupertatem, laborum fugam: Ita etsi homo *πε-*

*φικῶς,*



φυκῶς, & primum conditus est ad societatem colendam, ad quā sermonis facultas multum facit: tamen aliqui solitariam vitam agunt, hominum consortiū refugientes per accidens. Evenit autem hoc, vel ex singulari seu extraordinaria pravitate & appetitu bestiali, vel furore aut amentia, vel injusta tyrannorum persecutione, vel desiderio & amore perfectioris vitæ.

10. Non est itaque quod Nebucadnezarē *κακῶς ἔχοντα*, id est, non benè animo affectum, ideòque *παρὰ φύσιν* se habentem mihi objicias.

11. Audi potius hanc conclusionem è Scaligero meo exercit. 142. Sect. 1. deductam: Quod naturā est, à specie est. Hoc autē immutabile. Hominē esse convictus amans animal, naturā est: à specie igitur (humana) ergo immutabile.

12. Responderunt quidam: Nebucadnezarē miraculo transformatum fuisse in bestiam, si hoc verum, proprietas hominis in illo simul cum illo periit. Quia proprium *πάθος* & subjectum ejus sunt *ὁμόρρονα καὶ σύγχερα*, id est, simul fiunt, simul sunt, simul corrumpuntur: non unum tempore, prius aut posterius fit, est, esse desinit.

Alii non tantum animam rationalem in eo quoad actus humanos ligatam seu vinctam fuisse; sed & figuram eum humanam unā cum affectibus humanis exuisse, bestialem verò figuram unā cum bestialibus affectibus induisse omnipotentis Dei vi, nec temperamentum suum invariatum

reti-



retinuisse arbitrantur. Si hoc verum, proprietates etiam mutata est: quæ pendet non tantum à vi animæ cognoscente; sed & appetente, & temperamento humani corporis, hoc est, planè efferratus redditus est, & ad statum bestię redactus. Sed ego neque regem externam figuram hominis amisisse, neque secundum substantiam in bestiam mutatum fuisse existimo, et si valde deformatus fuerit, et in multis, simillimus bestiis evaserit. Primum temperamentum corporis Nebucadnezaris divina potentia fuit efferratum et simile factum temperamento bestię, ac in tantum variatum, ut tamen in eo natura humana conservari potuerit. Inde usurationis Nebucadnezar privatus est. Hoc est cor fera eum accepisse: quod in Prophet. Daniel. legitur. Deinde habitus corporis externus, erat ferinus, nudus ingressus, neglectissimus corporis cultus, motus, gressus, situs bestialis, victus bestiarum, habitatio cum bestiis, vagatio in silvis, fuga, congressus, et domiciliorum humanorum, oris et linguæ usus non humanus. Ita ergo rex bestię potius quam hominis figuram præ se tulit, vide de hoc miraculo egregiè differentem Benedictum Pererium in comment. in Daniel. lib. 5. pag. 259. usque ad 271.

## III.

AN MAGNITUDO SEU QUANTITAS continua sit proprium corporis, an accidens inseparabile?

COR-



**C**ORPORIS seu substantiæ corporeæ proprium sine quo esse non potest, est Peripateticis magnitudo: ut reciproca sit enunciatio: corpus est magnum. Melanchthoni est accidens inseparabile, quod ad quintum predicabile pertinet. Accidens quidem (oppositum proprio) quia inest in alio mutabiliter: aliàs scilicet est major ut in homine adulto, aliàs minor ut in infante. Inseparabile verò quia re-ipsa à naturâ corporea separari non potest, seu ut in predicamento quantitatis loquitur: quia substantia corporea nunquam Profus eam exiit.

Hæc in Melanchth. tam sunt perspicua, ut hîc Buscheri nobiscum & cum Melanchthone ludentis, ac si fatui & ἀνόητοι essemus, audaciam non possim satis mirari: quam profectò si Melanchthon viveret, & obvius ipsi fieret Buscherus, manicis suis castigaret. Melanchthoni, si Buschero credimus, amphora instituitur, currente rota urceus exit: hoc est: Quintum predicabile à proprio distinctum Melanchthon proponit, & tamen ita definit, ut definitio etiam proprio conveniat & velit, quedã exempla quinto predicabili subiecta esse proprio exempla: scilicet hoc verum est, ut verum est, quod Melanchthon licet subjiciat figuratæ prædicationi hæc: Flamma in ore Apostolorum erant Spiritus S. eã tamen velit inusitatæ exemplum esse. Lepida hæc veluti fabula est, qua simplices  
Busche-



Buscherus vult oblectare: pro qua repono hoc quod ἀληθές est. Proprium τῶν ἀδῶς non inest mutabiliter sed immutabiliter: semper enim inest, teste Melanchthone & omnibus Philosophis. At accidens, quod 5. præd. est, inest in alio mutabiliter. Ergo hoc non est proprium τῶν ἀδῶς: nec huic convenit pars definitionis præcipua (affirmata enim est, priore negata) SED IN alio inest mutabiliter.

Sed quid fiet exemplis? Resp. Non est κωσιός proprium accidens, ignis calor, ut ἀπλωός & non καὶ ὑπερβολήν (secundum exuperantiam) ut loquuntur Peripatetici sumptus, ut intelligitur convenire non tantum igni sed & aliis ut aëri. Non humiditas aquæ: ut intelligitur convenire non tantum aquæ sed etiã aëri. Non quantitas substantiæ corporeæ, quatenus nunc major nunc minor est, ut ipse Melanch. se interpretatus est. Nã quantum esse ἀδιοείσως, id est, indeterminate, proprium corporis est & immutabile, sed quantum esse deest, id est, finite, id est, hac vel illa quantitate accidens est, καὶ ὑπερβολήν: A- et mutabile. Ex longo enim longior, ex lato latior, ex profundo profundior quis potest evadere, vel liãs ut simpliciter intelligatur, est accidens. contra? alia est bimuli alia trimuli quantitas, & succedente nova, cedit prior. Alii Philosophi ut Bodinus & Scaliger non proprium sed commune accidens magnitudinem substantiæ corporeæ faciunt, eò, quod etiam conveniat angelis & hominum animis. Nam, inquiunt: Omne finitum & terminatum, est quantum, angeli & animi sunt

Calor ignis  
proprium  
superlatum  
est, id est,  
finite, id est,  
hac vel illa  
quantitate  
accidens est,  
καὶ ὑπερ-  
βολήν: A-  
et mutabile.  
Ex longo enim  
longior, ex  
lato latior,  
ex profundo  
profundior  
quis potest  
evadere, vel  
liãs ut  
simpliciter  
intelligatur,  
est  
accidens.



sunt finitæ substantiæ seu determinatæ.  
Igitur sunt quanti. *Quod nunc in medio relin-*  
*quimus.*

IIII.

AN IGNIS POSSIT ESSE CA-  
LIDUS, QUEM ACTU IPSO MANUS  
non deprehendat calidum, & an  
aqua sit aqua, quæ non  
humeætet?

**I**N certis noli Thomas incredulus esse:  
In dubiis cohibe (vis sophos esse) fidẽ  
*Quid igitur est Buschere, quod dicis: Nec verò*  
*quisquam mihi persuadeat, aquam hu-*  
*midam esse, quæ non humeætet? Annon, bo-*  
*ne, glacies aqua est, quamvis aliquid perpeffa? At*  
*ea non humeætat. conclude: Glacies non humeætati.*

*Glacies est aqua: quia aqua concreta est, nec*  
*sicca est, sed dura, gelu enim ~~ad~~ <sup>ad</sup>dos humiditatis*  
*est, nec in siccitatem convertitur. sed cogitur tan-*  
*tum & compingitur.*

*Ergo quedam aqua non humeætat.*

*Ecce habes, sed alio argumento demonstrabo ti-*  
*bi humiditatem esse, non humeætantem. Cùm ex-*  
*siccantur lateres, calore humiditas humeætans ab-*  
*sumitur, relicta continente, hoc est, conglutinan-*  
*te, qua scilicet terrena partes velut glutino quo-*  
*dam compacte cohæreant firmiter, ne disiliant.*

*Nondũ persuasum tibi est, Buschere, quod volo?*

B

Sed



Sed redeo ad prius, propter simpliciores, & probō clariūs glaciem esse aquam.

1. Quicquid essentialem suam formam retinet, actu manere dicitur, licet accidentales alias acquisierit.

Aqua autem congelata suum retinet actum essentialem.

Ergo actu superest.

2. τὰ ψάδι non tollunt actus essentiales seu formas.

Glacies est aquæ ψάδος. Ergo glacies non tollit formam & actum essentialem aquæ.

Inquis. Aqua quidem manet ipsa, sed humiditas non manet: quia non humectat.

R. Imo manet, non enim aqua est aqua, nisi sit humida: amissa humiditate perit aqua: Zabarell. Schegk. Taurell. Bodinus & quod humidum est, non necesse est semper humectare, ut quod calidum est, non necesse est semper calefacere.

Et glacies non aquæ primò, sed humiditatis est ψάδος, ut humiditatem in glacie superesse necesse sit: aliàs congelatio esset generatio, non alteratio ut rectè judicant doctissimus Nicolaus Taurellus & Jacobus Schegkius, quibus hæc debere me profiteor libenter, cum occultatæ alienæ laudis fur par sit. ff. ad l. Falcid. l. Hereditatum §. final. Quos si interdum consuleret Buscherus, qui nunc est paulò crassiusculum φιλοσοφίδιον, brevè evaderet bonus Philosophus, nec tam sæpe in repreh-



benfionem iustam incurreret. De igne negationem Buscheri non impugno, modo concedat, ignem posse esse calidum, & tamen non calefacere, per miraculum: & naturaliter etiam nonnulla corpora, quod sint vehementissimè & tenacissimè compacta & multa frigiditate polleant, si admoveantur igni, ita ei resistere posse, ut aliquandiu versentur in eo à lesione, hoc est, incendio immunia: Cui assertioni si nolit fidem adungere, amandandus est mihi ad Benedictum Pererium Valentinum à Societate Jesu an fortè ex hujus disputatione erudita hoc discere possit.

V.

AN [τὸ] QUATENUS] LIM-  
TET SUBJECTUM: QUOD  
affirmat Busché-  
rus?

VT exercitabundum M. Buscherum non Pro-  
blematicus Magister, sed Schegkius, exerce-  
at, dicit: Quatenus, quâ, ἢ & ἢ ὁ limi-  
tare prædicatū respectu subjecti: quia in  
syllogismo non additur subjecto seu mi-  
nori extremo, sed prædicato seu majori  
extremo: est pars non subjecti sed præ-  
dicati.

Nam homo quatenus est corporeus, est caducus  
& corruptibilis. HeiZo Buscherus est homo. Ergo  
HeiZo Busch. est caducus & corruptibilis, quatenus

B 2 corpo-



corporeus. Hic in propositione maiore subjectum est Homo: predicatum est caducus & corruptibilis quatenus corporeus. In conclusione Heiζo Buscherus est subjectum; quatenus corporeus, est pars prædicati. Quod si facias ( quatenus corporeus ) partem subjecti, inde existet hoc, in quo minor propositio falsa est:

Homo quatenus est corporeus, est caducus.

Heiζo Buscherus est homo, quatenus est corporeus.

Ergo Heiζo Buscherus est caducus.

Sequere. Homo secundum animum est immortalis.

Heiζo Busch. est homo.

Ergo Heiζo Busch. est immortalis secundum animum.

Bonus syllogismus est, ubi in maiore ( secundum animum ) non est pars subjecti, sed prædicati, sicut & in conclusione.

Homo tantum secundum animum est immortalis,

Heiζo, est homo secundum animam tantum.

Ergo Heiζo est immortalis:

Non est bonus syllogismus, nam assumptio est falsa & commissa est fallacia ἐκδέσεως ὀργων, id est, expositionis terminorum, quia ( secundum animum tantum ) factum est membrum subjecti, cum sit membrum prædicati.

Eiusmodi est hoc:

Homo quæ mortuus, est cadaver, non vivit,

Iste



Iste est homo quâ mortuus. Ergo

Iste est cadaver non vivit.

Hic minor est falsa, nec justa facta est subsum-  
ptio; legitimum verò est istud:

Animal quâ mortuum est, non vivit,

Homo est animal.

Ergo homo, quâ mortuus, non vivit.

Sed ut lector benè percipiat quid hîc disputetur,  
repetatur exemplum adhibitum à Buschero; Ho-  
mo quatenus est corporeus est caducus: Buscherus  
hîc dicit adiectione, quatenus est corporeus, limi-  
tari subjectum: At Peripatetici nostri dicunt con-  
trà, limitari predicatum ratione eâ quam dixi, sic  
enim querunt:

Quid vocas propositionem redu-  
plicativam?

Vide insti-  
tutiones

Et respondere jubent discipulum: IN qua i-  
dem terminus repetitur, aut alius assumitur,  
mediante particula quâ vel quatenus, vel alia  
hujus significationis, ut PRædicatum determi-  
netur seu restringatur ad partem, vel speci-  
em, vel rationem aliquam certam sub-  
jecti, secundùm quam ei competit, ut:  
Motus est à Deo, quatenus est motus, seu quatenus  
est bonus, seu quatenus est res positiva in natura.

meas logi-  
cas & Or-  
ganicam  
Isagogen.  
in Arist.

Quomodo igitur oportet tales syllo-  
gismos in tres resolvi ter-  
minos?

Ita ut terminus reduplicatus seu restrictio sive

B 3 deter-





determinatio non medio aut minori (id est enunciationis subjecto) sed majori termino (id est enunciationis predicato) tam in maiore premissa quam in conclusione addatur, & cum eo, tamquam ejus determinatio, seu declaratio pro uno termino sumatur, ut:

Bonum est scibile, quatenus est bonum,

Sanum est bonum. Ergo

Sanum est scibile, quatenus est bonus. Seu:

Boni, quatenus bonum, est scientia.

Justitia est bonum. Ergo

Justitia, quatenus bonum, scientia est.

Transigat hic Buscherus cum doctissimis & acutissimis Peripateticis, Schegkio, Ursino. M. Flac. Illyr. B. Monlerio. Bernardino Tomitano, Fortunato Crellio, Claudio Alberio: & quis omnes recenseat?

Et cum neget ( $\tau\delta$  quatenus) limitare predicatum, dicat mihi, quæso, limitetne subjectum an predicatum, cum dicitur ab Aristotele in *Physicis*: *Mathematica considerat lineam naturalem, sed non qua naturalis est: Et à Scaligero exer. 107. sect. 39. Formæ non sunt corporis viventis, quatenus vivens est. Sed de his infraplura. Vide de iis Interpretes*

*Aristotelis in 1. Analyt.*

Quæ-



QUÆSTIO repetita VI.  
AN HOMINIBUS MUTIS  
PROPRIETAS INSIT LOQUEN-  
di? Affirmatur contra Heizon:

Buscherum.

UT mens etsi non intelligat, ut in iis qui a- *Thesis de*  
mentes dicuntur, vim tamen  $\epsilon\sigma\iota\omega\delta\eta$ , ut in- *clarata*  
telligere possit, necessario habet, absque qua mens *comparat.*  
non est, hoc est, essentialem.

2. Ut ignis, si non urat, potentiam in se essen-  
tialem necessario habet, ut possit urere: eumque  
nemo vocat ignem si destitutus sit:

3. Sic homo si non loquatur, ut mutus vel re-  
cens natus puer,  $\epsilon\sigma\iota\omega\delta\eta$  ideoque inseparabilem po-  
tentiam, ut loqui possit, necessario habet, absque  
qua homo non est.

4. Sic homo si non videat, aut non incedat erecto  
ad coelum corpore: potentiam tamē habet  $\epsilon\sigma\iota\omega\delta\eta$ ,  
videndi aut incedendi ita, sine quā homo non est.

5. Docuit hoc ante me liberi iudicii Philoso- *Approb.*  
phus Nicolaus Taurellus, amicus meus his verbis: *au. Torit.*  
Mutū licet animo, id est, actu nequeat, *Philosophi,*  
loq̄ posse dicimus: aliās homo non foret.

6. Sed negat hoc H. Buscherus. Cū enim *Antithe-*  
nequeat loqui, quī possit loqui. An non nequire *sis Advers.*  
posse contra dicunt? *cum ratio-*  
*ne e contra-*

7. Apparens hīc tantum est contradictio. Nam *dicent:*  
homo mutus loqui nequit qualitate accidentali et *Responsio.*  
facultate  $\epsilon\pi\alpha\kappa\tau\eta\tau\omega$ , id est, acquisita, quam non *Electus est*  
habet. *oppositoris.*

B. 4. habet.



habet. Potest verò potentia essentiali. Non potest τῆ ἐνεργεία: Sed potest aptitudine essentiali & inclinatione ingenita seu naturali proclivitate seu ἐγκλίσει, id est, propensione insita, ideóque conatur nutu loqui.

*s. rat. Ad-  
vers.*

8. Pergit Buscherus: Mutum loqui posse absurdum est, quod repugnet experientia & rationi: quia in homine muto perfecta est habitus privatio.

*Respons.*

9. Absurditas híc nulla est. Homo enim mutus quâ mutus, loqui non potest.

At homo mutus, quâ homo, loqui potest.

10. Ergo homo mutus loqui non potest actu secundo: At loqui potest actu primo, hoc est, potentia interna, quæ otiosa est, & nullis profert seu demonstrat sese actionibus quòd extrinsecus impedita sit, ut qui in laryngibus, vulnerati sunt, saepe sermonem amittunt: Et ex vulnere illo evadunt muti. Est enim nervus duplex à tertia syrygia manans, qui in laryngibus inseritur alteróque quidem ramo, lingua sermoni apta redditur, ita, ut eo resecto sermonis usus amittatur.

11. Aliter etiam accipitur habitus in Topicis aliter in Categoria qualitatis. Illic significat quãvis rem positivam: Híc verò pressius, ut distinctum quid à naturali potentia, patibili qualitate &c.

12. Mutus igitur homo habitu quidem accidentali privatus est, sed non essentiali: seu privatio habitus in eo non est absentia potentie loquendi essentialis, sed accidentalis propter causas præternaturam accedentes.

13. Error



13. Error igitur Buscheri, est ex non distinctio-  
ne & neglectu reduplicationis.

Conclus.  
refutatio-  
nis.

14. Quare nos concludamus propositam qua-  
stionem & ipsam disputationem totam affirmate:  
Prim. Descriptio hominis est: ANIMAL loquens.

Confirm.  
Vera sen-  
tentia.

15. Animal enim verum genus hominis est,  
& loquens, est quasi forma. Sic enim Ramus in loco  
distributionis: distributio generis in formas speci-  
erum eadem est, cum distributione generis in spe-  
cies: Formæ enim cum genere constituunt suas spe-  
cies: ut animalium aliud est loquens aliud mutū:  
loquens enim vocans formam, intelligit quasi for-  
mam seu Vicariam formam: per mutum verò in-  
telligit non loquens.

16. Descriptio autem bona necesse est ut omni  
per se conveniat.

17. Ergo animal loquens homini omni per  
se convenit.

18. Ergo etiam homini muto:

19. Porro animal loquens hîc est, quod est ad  
loquendum conditum seu natum (τεφυκός) quæ  
interpretatio non tam mea est quàm Melanchtho-  
nis in loco proprii:

20. Homo mutus, quâ homo, est animal, lo-  
quens.

Ergo homo mutus, quâ homo, est animal quod  
est ad loquendum conditum seu natum.

21. Quod igitur homo mutus non potest loqui,  
impotentia accidentalis est, quæ non tollit essenti-  
alem potentiam.

B 5

22. Quod



22. Deinde: sicut quod naturam habet, ut videre possit, habet hominis simpliciter proprium, sic quod naturam habet, ut loqui possit, habet hominis ἀπλῶς proprium. Nam loqui est accidens, ut Peripatetici loquuntur hominis proprium, κατὰ τι: quia dormiens non loquitur: quale accidens mentis est intelligere, cū nec infantes, nec qui dormiunt homines, intelligant (hoc est effectum hominis est non perpetuum)

23. At mutus homo, habet naturam ut loqui possit.

24. Ergo mutus homo habet simpliciter proprium hominis.

25. Ultimò: ἀδυναμία naturalis, non tollit δύναμιν essentialē.

26. In homine nato muto, mutum esse, est ἀδυναμία naturalis.

27. Ergo hæc ἀδυναμία seu impotentia, non tollit δύναμιν internam essentialē loquendi.

28. Et per consequens: in homine muto loquendi proprietas, ut actus primus, inest: quod erat demonstrandum.

## APPENDIX.

29. Nota, vim essentialē interdum à philosophis accipi pro vi constituyente essentialē: interdum pro vi conjuncta inseparabiliter cum essentialē.

Intue.







## QUÆSTIO VII.

AN AB EXTERNIS CAUSIS  
SÆPISSIME COHIBEATUR ACTUS  
secundus, manente actu primo. Et, an  
qualitati seu facultati essentiæ salvæ ma-  
nenti, nonnunquam contraria acci-  
dat ἐνέσγεια, vel naturaliter,  
vel miracu-  
losè.

## UTRUMQUE AFFIRMATUR.

Propos.  
quest.  
affir.

QUOD non tantum miraculosè, sed etiam  
naturaliter & artificiosè sæpenumero actus  
secundus, manente actu primo rei, cohibeatur:  
quodq; facultate interna salva, res nonnunquam  
sustineat illi contrariam ἐνέσγειαν: hæc igitur, ab-  
jecta omni dubitatione, affirmamus.

ἐνέσγεια  
στis.

2. Probationi affirmationis nostræ premit-  
timus ἐνέσγειασιν (quæ maximè hic requiritur) vo-  
cum Actus primi, & Actus secundi.

Actus pri-  
mus.

3. Primò igitur actus primus est potentia acti-  
va, ut ἐξίς vel διέδεσις, ad actum secundum.

4. Dico potentia activa, ad differentiam,  
potentia passivæ, quæ est natura capacitas & habi-  
litas ad acquirendum actum primum & secundum.

Actus se-  
cundus.

5. Actus secundus, est functio seu operatio ipsa  
ab actu primo profecta.

6. Sic potentia passiva in homine, est aptitu-  
do, & ad alicujus rei notitiam, seu alicujus disci-  
pline



plinae habitum comparandum, & ad contemplationem eius.

7. Potentia activa, seu actus primus in homine, est ipse habitus, vel notitia & idea, intellectui etiam non cogitanti impressa.

8. Actus secundus, est ipsa de re nota cogitatio, seu ejus contemplatio, operatio, ab habitu profecta & habitum sequens.

9. Secundò, non nunquam actus primus & actus secundus est forma substantialis, à seipsa tantum ratione distincta.

10. Ut actus primus significet formam non operantem, sed otiosam.

11. Actus verò secundus, formam (& quidem eandem) sed operantem.

12. Sic anima, quatenus non operatur, est actus primus: Quatenus operatur, est actus secundus corporis vitam habentis.

13. Ille similis est sommo, hic vigiliis. Ille similis est τῷ ἐχειν, τῷ ἐπισταδαι habitui, scientiæ: ut si quis scientiam habet, & non contemplatur. Hic similis est τῷ ἐνεργεῖν, τῷ θεωρεῖν, operationi, speculationi, scientiæ, ut si quis scientiam habet & exercet contemplando.

14. Sic accipit Archangelus Mercenarius philosophus acutissimus verba Arist. 3. de anima; Actus (scilicet substantialis) duplex est, primus, ut scientia: secundus, ut consideratio: quòd Aristot. ibi actum, qui substantia est, non accidens, dividat.

15. Ex-



ἐνδειξις.

15. Expositis terminis, sequitur affirmationis nostræ ἐνδειξις, ostensio.

I.

16. Primò, cum aqua, quæ natura fluida est, conglaciatur in summo frigore, fluor actualis cohibetur. Sed manet habitualis, seu potentialis. Nec sequitur: Hæc aqua non fluit, quia ἐνεργεια humiditatis aquæ est concretione in glaciem impedita. Ergo sublata est ejus fluiditas.

17. Non sublata esse ostenditur tibi πῶς ὁ ἔρως, cum igni solvitur glacies.

18. Neque verò dici potest, glaciem non esse amplius aquam.

19. Est enim glacies πᾶδος aqua, vel aqua aliquid perpressa, hoc est, est aqua concreta frigore. Nec differunt aqua et glacies essentialiter, sed tantum accidentaliter, id est, in glacie naturaliter cohibito per frigus fluore, manet aqua, non essentiali, sed accidentali tantum forma differens ab aqua profluente; manet forma aquæ, cum ipsa proprietate seu facultate interna.

20. Sanè peremta humiditate aquæ, necesse est ex aqua fieri aliud elementum. Cùm fit glacies, nō fit ex aqua aliud elementum: Ergo cùm fit glacies, non perimitur aquæ humiditas.

21. Præterea Glacies ἐνεργεια sicca est. Glacies adhuc est aqua; Ergo quædam aqua ἐνεργεια sicca est.

22. Ita-



22. Itaque potest contraria qualitas ἐνεργείᾳ  
conjuncta esse cum δυνάμει.

23. Sic ignis in vino destillato, vel aqua mari-  
na, est ἐνεργείᾳ frigidus & humidus, sed δυνάμει  
est calidus & siccus.

24. Hic ἐνεργείᾳ qualitatū contrario per-  
mutantur, sed tamen qualitatū δυνάμει con-  
trario non permutantur.

25. Secundò, in infantibus actus secundus  
ingrediendi non est. At virtus seu actus primus in-  
grediendi inest in eis. Nec sequitur: Non statim  
ingrediuntur pueruli, ergo nulla est in  
his cerebri & nervorum virtus.

II.

26. Ratio est: Quia ad actum secundum  
requiruntur plura, quàm actus primus.  
Plura requiruntur ad choream, quàm par  
calceorum, & duo celeres pedes, vel pos-  
se benè saltare.

27. In infantibus actus secundus intelligentiæ  
& rationis non est. At nihilo-minus actus primus  
ei inest, hoc est, non quidem utuntur ratione: at  
habent tamen δύναμιν λογικῆν. Nec sequitur: nō  
ratiocinantur infantuli, non exercent se  
in illis motus intelligentiæ, nempe quia ob-  
stat intellectioni laxum nimis & humidum cere-  
brum, ergo non habent facultatem ratiocinandi.

28. Si enim hoc sequeretur, non conveniret  
eis hominis definitio, proindeque non essent ho-  
mines.

29. Ter-



- III.** 29. Terriò, in somno sensio, qui est effectus, seu actus secundus, impeditur naturaliter, unde somnus ligamentum sensuum dicitur. Et tamen manet in dormientibus actus primus, nempe facultas sentiendi.
- IIII.** 30. Quartò, sepe sine miraculo animal producit monstrum, et tamen vis producendi nõ monstrum manet in animali.
- V.** 31. Quintò, cum detinetur terra in tecto, impeditur & cohibetur descensus terræ deorsum, qui actus secundus est. Sed inde non conficitur, actum primum scilicet gravitatem, quæ est inseparabilis ab ipsa essentia & est, ut ait Schegkius, sublatam et mutatam esse. Gravitate enim & levitate mutata in elementis, species elementorum mutantur, teste eodem.
- VI.** 32. Sextò, cum alicui manus arctissimè convinciuntur, desinit actus secundus, id est, apprehensio, sed primus, id est, vis apprehendendi interior non cessat.
- VII.** 33. Septimò, Terra, in terræ motibus, etiam naturalem ob causam subsilit. Hic ἐπέγεια ista (scilicet subsultatio) dissentit à terræ φυσικῆ naturali, quæ manet. Manet enim terra in se gravis.
- VIII.** 34. Octavò, Naturalibus causis motis artificio fit, ut plumbum, quod ejaculantur tormenta bellica, tendat sursum, & actus secundus contrarius plumbi actui secundo, qui est tendere deorsum, accidat plumbo.
35. No-



35. Nonò, Grave in suo loco non est grave (actu secundo) id est, non premit deorsum (Barbari dicunt non gravitat) Et tamen elementum grave habet ubique naturam gravis, id est, qualitatem & propensionem ad inferiorem locum, teste Zabarella, de motu gravium, lib. 1. cap. ult.

36. Decimò, Anima vegetans non semper exercet suas operationes, non enim semper auget, nec semper generat (& ita otiosa forma est) sed ad tempus certum et definitum, hoc est, à natura prescriptum, non quousq; vivitur. Respectu igitur accretionis & generationis, quæ opera non semper præstat, anima illa nò est actus secundus, sed actus tantum primus Mercenario, & ut ipse probabiliter differit, Aristoteli.

37. De miraculis, ut addamus ἐπεισόδιον, minimè dubitandum est, quin Deus & diabolus sepe inhibeant & impediant actum secundum, manente interim actu primo.

38. Tutia Vestalis virgo, ut elueret suspicionem stupri, aquam gessit in cribro. Claudia eadem de causa navim, in qua vehebatur Bona Dea, hærentem in arena, ut nulla vi humana moveri posset, Zona tantum commotam attraxit ad ripam.

39. Hic ex aqua gravi non est facta levis, sed operatio gravitatis, motus deorsum, seu prolapsio in terram, impedita fuit. Nec navis facta est

C actus



actu primo levis, sed facta est eius promotio contraria operationi gravitatis, & quies impedita est à Diabolo.

40. Deus divina sua virtute, Danielis 3. ignis calorem aliquādiu cohibuit, quod ad ἐνέγειαν seu δύναμιν in objecta agētem attinet (de qua Heb. 11. Fide vim ignis exstinxerunt) manente nihilominus actu primo, seu insito penitus igni & ἄχρως calore, quod ad actū primum attinet, nec mutat a caliditate in frigiditatem contrariam. Cum enim non ussit ille ignis tres sanctos viros, non fuit frigidus.

**Obiectio.**

41. Sed objicis: Exstinxerūt vim ignis, ergo sublata est vis interna & calor ignis.

**Respons.**

42. Respondemus: Est similis hæc obiectio illi, Deus ad liberādum suos in hoc tyranno iracundo & irato exstinxit ardorem æstūmq; iræ. Ergo sustulit ab eo θυμὸν, & iracundiam ipsam, quæ ei naturalis est. Ut autē hoc nō sequitur: sic neq; illud.

43. Non, inquam, sequitur. Exstinxerunt vim ignis, ergo exstinxerunt calorem: sed hoc, ergo exstinxerunt calorem urentem. Nec sequitur, exstinxerunt calorem urentem: ergo exstinxerunt simpliciter calorem. Committitur enim Elenchus à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter.



44. Ac rectè scribit Buscherus: Fecit Deus ut in igne Babylonico esset calor adurens, & non adurens, *ratione diversorum subjectorum, id est, objectorum.*

45. Si calor fuit adurens, & non adurens: ergo fuit calor, et mansit calor utrobique. Nam ab *Est tertii adiecti, ad Est secundò adiecti, valet consecutio: seu si subjectum cum adjuncto sit, profectò subjectum erit*, ut, hic frigus est lædens vel non lædens. Ergo frigus est.

46. Ergo non fuit interior seu ἐκτικὴ vis ignis extincta.

47. *Quid multa?* Deus calorem urentem ad tempus ab igne removit, salva manente ignis substantia, *rectè ait Buscherus.* Ergo calorem prorsus tum sustulit, id verò non sequitur.

48. At quomodo vis urendi remota ( *rectius Quæstio: & significantius dicitur cohibita* ) fuit ab igne, salvo manente calore, querit Buscherus.

49. Respondemus per distinctionem, inter vim internam, seu absolute consideratam, et externam, seu respectivè consideratam. Vis urendi interna, intra ipsum ignem considerata, non fuit remota & extincta. Sed tantum vis extrà ad objectos viros sanctos sese proferens, id est, ut loquitur Scriptura Danielis 3. non est dominatus ignis in

G 2 viros



viros istos, seu nihil potestatis habuit in eorum corpora. Hoc est extinctam esse vim, seu impetum ( ut vetus versio habet ) ignis.

50. Huic sententiae etiam subscribunt doctissimi Theologi. Dei omnipotentia potest efficere, ut ignis ardentissimus in medio sui complectens, tamen puerorum corpora non adurat illa. Et tamen essentia ignis manet, ac proprietates suas, ut calorem, retinet, ait Martinus Chemnitius.

51. Ita quoque alii Theologi de effectus suspensione verba illa accipiunt: Exstinxerunt vim ignis, id est, nullum ignis, ait γλωσσό-  
γραφος, incommodum senserunt: seu effecerunt fide ne ignis esset efficax, ne exprimeret suam vim & sevitiā in ipsos.

52. Prepotens enim res fides est: & presentissimus fidelibus Deus facile causarum secundarum effectus suspendere, vel etiam in contrarium mutare potest.

53. Imò hæc sententia facile probatur ex Scriptura.

54. Etenim (quam quidem probationem Chemnitius præcedentibus modò adductis verbis statim subjicit) idem ignis non tantum ligna, sed & circumstantium corpora, quæ remotius absunt, exurit.

55. Si ignis tum non fuit calidus, quomodo eodē momento temporis, quo pepercit viris sanctis,  
potuit



potuit agere in ligna, eaq<sub>3</sub> adurere? Hoc sanè non facit ignis nō calidus, ignis frigidus: q̄ no est ignis.

56. Præterea, si ignis ille retinuit odorem, retinuit quoque calorem.

57. Nihil enim odoratū est expers caliditatis.

58. At ignis ille retinuit odorem, seu nidorem. Dicitur enim in contextu, odorem ignis non pervasisse eos.

59. Ergo retinuit quoque calorem, seu ἔξιπ<sub>3</sub>, id est, habitum caloris.

60. Huic ἄισει adjungo ἀτεχνον Johannis Bodini viri doctis magni. Pleraque accidentia, sine interitu subjecti abesse possunt, non omnia nec item ea, quæcunque rei maximè propria sunt: ut, Calor ignem, humor aquam, sine obitu ignis & aquæ deserere non possunt. In Theatr. Natur. 2. 68. Et: Calore sublato, perit ignis, humore siccato, perit aqua. pag. 147. 157. Et: Si à calore deseratur ignis, aut ab humiditate aqua, neutra subsistere potest, pag. 183. Sed hæc ἐν πρῶτοις.

61. Verum iterum objicitur illud, quo ablato destruitur ignis, est forma ignis. Calor nō est forma ignis. Ergo ablato calore nō destruitur ignis.

R. Si hoc sequitur, sequetur quoque istud: Illud quo ablato, destruitur ignis est forma ignis.

Calor est illud, quo ablato destruitur ignis.

Ergo calor est forma ignis. Ad mea hujus argumentationis majorem respondebis rectè: Illud

C 3 quo



quo ablato, primò destruitur ignis, est forma ignis. At calor non est illud, quo ablato primò destruitur ignis. Sic ego quoque tibi respondeo: Calore ablato primò non destruitur ignis: at calore sublato secundariò destruitur, seu interitus ignis primò provenit non ex absentia caloris: sed ex absentia forme, cum qua tamen unà abest calor. Ita si ridendi facultatem de medio tollas, interibit homo: non tamen quasi ob primam causam: sed quia facultas ista non perit, nisi intelligentia unà pereat, per quam homo est homo.

QUÆSTIO VIII.

AN FRIGUS SINE ULLA  
DETERMINATIONE PRO-  
PRIUM SIT AQUÆ.

NEGATUR CONTRA  
Buscher.

SAPIENTIBUS laudatissima semper sententia visa est: duabus propositis sententiis verisimilibus, verisimiliorem esse amplectendam.

2. Quid igitur iudicent sapientes de sententiis duabus, quarum altera vera, altera falsa est, cui quæso obscurum esse potest? falsam nimirum esse simpliciter rejiciendam,

3. Talis



3. Talis est Buscheriana. Ait enim sine ulla moderatione, frigus esse aquae adjunctum proprium manans à forma aquae, & quidem hoc assumit ad ἐπιφορὴν incolumitatis subjecti à propria affectione deserti.

4. Frigus ab aqua abesse potest, salva manente aqua.

Frigus autem aquae adjunctum proprium est, manans à forma aquae.

Ergo quaedam adjuncta &c.

5. Quia conclusionem philosophi negant, vel ad majorem, vel ad minorem respondent.

6. Quorundam responsio haec est ad assumptionem negata: Frigus non est simpliciter & reciproce proprium aquae.

7. Vel quia convenit etiam Terrae elemento, Haec responsio est Hieronymi Zanchii, lib. 2. cap. 5. de sex operibus Dei. Unde sic arguitur.

8. Commune alicui cum terra non est ei proprium: Frigiditas est communis aquae cum terra. Iudicium Zanchii.

Ergo frigiditas non est aquae proprium.

9. Vel quia κατὰ ὑπερβολὴν proprium est aëris: quod placet Bodino Theat. Phys. lib. 2. pag. 158.

10. Id maximè omnium frigidum est, cuius vi ac potestate caetera frigescent, rigent, &



*Judicium  
et demon-  
stratio Ioh.  
Bodini.*

gelu cōcrescunt. Aëris vi ac potestate nives, gran-  
dines, metalla rigent & concrescunt, maximè ta-  
men aquarum superficies in stagnis & flumini-  
bus, quâ patent aëri.

Ergo aër omnium maximè frigidus est.

11. Aliorum responsio ad assumptionem fit  
per distinctionē: Distinguunt enim inter quali-  
tates actuales seu sensiles & virtuales, hoc est, ar-  
bitrantur, præter frigiditatem qualitatem sen-  
silem, quam ideo vocant actualem, quòd per  
eam subjectum (aqua) actu denominetur fri-  
gidum, dari qualitatem aliam insensilem ejus-  
dem nominis (id est frigiditatem) nisi quod e-  
am appellent virtuales, quòd vim habeat ad  
priorem illam restituendam in pristinum sta-  
tū, nec tamen per se ipsa sit satis ad denominan-  
dum subjectum frigidum: ac proinde dicunt in-  
tegram eam semper permanere, ut, cū depul-  
sa fuerit aqua à proprio seu nativo statu, sub-  
venire ei possit.

12. Quartò, Zabarella frigus aquæ à forma  
aquæ manere non concedit tibi: eis, ei naturale  
esse modo quodam non neget. Nam quatuor,  
inquit, qualitates non ea ratione dicuntur sin-  
gulis corporibus naturales, quod eorum naturas  
ita consequantur, ut consequitur effectus cau-  
sam, à qua producitur, adeò ut forma ignis pro-  
ducere in igni dicatur summum calorem. Hoc e-  
nim dato, non egeret elementum conservante  
exter-



externo proindeque ad locum suum non mitteretur naturaliter. Sed ea ratione naturales (essentiales item) dicuntur, quia ipsæ elementorum naturæ has qualitates requirunt & sine his existere nequeunt. Dantur tamen illis à cœlo & ab eodem conservantur. 2. de Qualit. Element. cap. 9. Et paulo post: Putant plerique qualitates (primas) provenire à formis ut à causis efficiētibus; quod quidem tanquam rude dictum, & exempli gratia prolatum, admitti potest, prodire enim videntur à formis per quandam emanationem: revera tamen non efficiuntur à formis, sed à cœlo tum qualitates gratia formarū, tum forme per qualitates de potestate materiæ educuntur ad actum: sed pro hac sententia Zabarella ego non propugno.

13. Schegkii responsio est ad propositionem, quam non simpliciter dans 5. Topicorum loco 23. Semper, ait, aquā, donec aqua est, frigidam esse φύσει seu φύσει, & calidam quidem esse actu aliquando παρὰ φύσιν, ita ut actus frigoris sit recuperabilis, seu actus frigiditatis possit denuo per naturam restitui. Hoc verum esse docet experientia. Quantumcunque enim aqua ab ignibus calefiat: semper tamen eam refrigerescere sentimus. Idem 6. libr. ad locum 10. & 60. Calore, inquit, qui in aqua est præter naturam, frigoris natura non perimitur, sed

C 5           dun



duntaxat actus ipsius qui est accidens. Quamobrem privatio hæc frigoris in aqua inerit κατ' ἀπόφασιν et non κατὰ διάθεσιν, qua διάθεσις naturalis habitus seu φύσις quedam declaratur respectu actus frigoris aquei privati. Breviter: Aqua propter τὰ δεικνύμενα caloris suo frigore privata est κατ' ἀπόφασιν; frigore nativo non privata est κατὰ διάθεσιν et habilitatem. Et alibi: Frigus non est proprium τὰ δεικνύμενα aquæ, sed proprium eius accidens. Per proprium autem τὰ δεικνύμενα intelligit proprium cum subiecto reciprocum: per proprium συμβεβηκός seu accidens, non reciprocum: quia non est perpetuum. Ab utroque accidens commune (quod subiecto est ἀδιδεικνύμενον, & pluribus inest, aut inesse potest) distinguitur.

14. Conclusio igitur ista Buscheri non subsistit: Quedam adjuncta propria à forma manantia abesse possunt, ut nihilominus horum priorum subiecta super sint salva.

\* \*  
\*



QUÆSTIO



QUÆSTIO IX.

AN QUÆLIBET VOX U-  
NAM TANTUM HABEAT  
significationem nativam,  
ceteras omnes tro-  
picas?

**A** It Buscherus, quælibet vocem unam tan-  
tum habere significationem nativam, cæ-  
teras omnes tropicas & improprias. Quæro ergo  
primùm. Alexander accipitur: 1. pro hoc homi-  
ne, Rege Macedonum. 2. pro illo homine, Pa-  
ride. 3. pro isto homine, Aphrodiseo: Quæ ex his  
significationibus est vernacula seu nativa, quæ  
non? ubi usurpatur Alexander propriè, ubi tro-  
picè & quo tropo?

Quæro secundò: cùm propriè dicatur corpus  
est sanum, quis tropus sit, cùm dicitur à me-  
dicis urina sana, id est, signum (hoc est indici-  
um) sani, vel significans sanitatem: pharma-  
cum sanum, id est, efficiens vel restituens sani-  
tatem. Buschero iudice hic tropus non est, quòd  
neque ponatur subiectum pro adjuncto, neque  
effectum pro efficiente, nec simile pro simili  
&c. Si enim poneretur subiectum pro adjuncto  
& effectum pro efficiente, fieret tautologia:  
urina est urina: pharmacum est pharmacum:  
sicut



4 Discuss. quest. Log. & Phil. ad H. Busch.

sicut si hic (panis Cœnæ est corpus Domini) poneretur subiectum pro adjuncto, fieret tautologia, panis est panis. Hoc iudicium Buscheri est. At ταυτολογία talis ἀλογος est. Relinquitur igitur, ut vox (sanū) habeat unā plures nativas significationes. Hic requiro Magistrum subtilitatis.

Quero tertio: similia proprie usurpamus, pro eo, quod germanis est gleich. Ergone cum similia usurpamus pro eo, quod est, quorum qualitas eadem est, tropicè loquimur? & hæc enunciatio, Similia sunt quorum qualitas est eadem, tropum habet in subiecto?

Seu quero: Si dicat Logicus, similia sunt quorum qualitas est similis, an utrobique Simile accipiatur proprie nec ne? Hoc autem quero μακροβικῶς (indaganda & eruenda veritatis causa.)

F I N I S.

Pag. 24. Thesi 10. pro syrizia lege syzygia.



DEUS





DEUS OMNISAPIENS ET  
OMNIPOTENS, BONUM

τιμιώτατον.

Cedite cœlorum Jehovæ terræque  
potenti

HEROES: DOMINO cede Dynasta  
tuo:

Cedite, qui geritis tenebroso in carcere  
mentes,

Cede UNI Sophiam turba professa  
SOPHO.

Nil ita sublime est, nil tanto fulget ho-  
nore,

Quod non suppositum est inferiúsq;  
Deo.

NATURÆ, non est naturæ obnoxius,  
AUCTOR.

Crede Deo, res est ardua nulla Deo.

Tanta Dei virtus, vis tanta, potentia  
tanta,

Nullius ingenio possit ut ipsa capi.

Consonat huic VERI servans Sapien-  
tia. NULLA hac

In cœlo & terra dulcior harmonia.

*Rodol. Gocle.*



LICHÆ  
COMITATVS  
SOLMENSIS TY-  
PIS NICOLAI  
Erbenii.




M. D. XCIIX.











De resipiscencia, et conversione

in dicitur Luc. 17. v. 5. Arctur.  
et Tanti Angli.

In sermone de occasione huiusmodi, quod  
de Pilato quidam nuntiarunt cum Galileis  
non sanguinem cum sacrificiis commisisse.

Item de illis 12 signis quos exhibuit Iesus  
in Siloam. Et existimantur illis omnia facta  
rationis fuisse. Sed hoc ipse probat  
fuisse, ut tunc plus quam Aquilinus oculis  
in alios in seipsum sibi a se sentari.

Opinati se deum inuenerunt a tantis malis  
esse ap. Deum in gratia, contra quod feruntur  
eos improbissimos.

Sed hoc falli, nec a. Deum sicut semper  
modo in terris procedit, ut quomodo sepius  
num huiusmodi parati, et optime cuius parati.

Sed pro suo beneplacito, quod tunc est scilicet  
ad ceteros ammonendos, ut seipsum  
in suis actibus peccatis laere cogantur.

Christusque illos corrigit falso iustitiam  
et monet ut aliorum peccatis seipsum  
sed potius huiusmodi actus seipsum iustitiam impellant.



multos subleuatos, dum ad extremi mori  
diciam referuat, & ad vitam singuli perueniunt.  
proinde si: nisi resipueritis, p. q. d.  
hos subleuatos sint ordinis priuatos  
si impoenitentes moriantur, Tulerunt hanc  
frequentia in scriptis Joh: 3. 28. & Cor: 12. 5.  
Tunc per quam Christy habetur in cordibus  
mris, e' comestica & in diuina Resipiscen-  
tia soror.

Sed cum hodie multi facti in d'na hac  
desipiant, ignorando quod sit resipiscencia  
quod efficiat, quod sit ab interna, quod obstantia,  
quod & quare in ea resipiscendi sit, consensu  
in d'na obstantia. & possit resipiscere  
quod origo sit: & quod tempore uelire,  
Resipiscendum, & p. ea implentur ad resipi-  
scendum. & p. auocantur.

DE 1. Resipiscere e' certum & pig' fobis, &  
continuis luctu in anima et consuetudine  
dolentium excitata, cum fide & cum in-  
terna & externa uita emendatione con-  
iuncta, cum interna (ling) emendatione  
in ai cogitationibus & effectis uoluntatis, ex-  
terna uero in uerbis & operibus a malo in  
bonum commutandis.



Hic in Davide respicere a Nathan.  
et in psalmo 50. Hic in Doro.

Prophetia hoc muret ad respicere: ut in no.  
titulo Hebraico, qd scilicet reuerenti, qd re.  
uerti a uia non uoluit reuertere.

Ich. Sagitt. & Anst. uox: Melaroei  
prouisus sum: et uolens seriam significationem.

Piscator ich. supit post mala pro dantur.

Resipiscencia igitur non quia uobis, sed pro ad.  
misi, non pro curuatiqum pite, sed pro singulis  
non ad horam, non in una die, non in septimana.

Non unusquisque singulis, sicut pharaon respicere.

Non quibusqum flit, sicut Cain, Esau, et alii.

Non quia humiliatio, sicut Achab.

Non gloriosa uerba et pia ai intentiones: sic  
n. ut uerba uere respiscere.

Non uerba uerborum et actionum omnia.  
hic: et has huius plane aures super respicere.  
piscere.

Non uerba a Deo posita, alia uerba.

Qui serio et circa seruatum cupit respicere.

Piscere, non sat habere. Et in uerbo ut  
iuncum, caput sumat drom: accipere. Et 58. s.

Et serio clamet, in sermone drom et



nihil aliud p[ro]fit[ur] sed anteaquam iam vitam  
debet mori. Dicitur ad citam[us] v[er]u[m] i[st]u[m] p[ro]p[ter]  
119, 59. Eadem v[er]o oportet unumquemq[ue] ho-  
minem qui respiciendum sibi proponit inani-  
quem angulum, & in locum ad arbitrium  
suum secedere, quo satis ei sit spatium ad ip[s]ius  
conscientiam examinandam & scrutandam, &  
peccata sua agnoscendo, & o[mn]i[um] peccatorum  
sanctas ponderando animum suum pecca-  
torum sensu & dolore afficere, punire, af-  
fligere. Et sic dicitur. Si lecta non quis-  
ter sed cum magna & mirabili illius cogi-  
tatione peccata confitetur.

Et quo concludo non sufficere si quis  
dicit peccavi sed et subjungere in furore  
proditoris insidat & pertinaciter peccavi  
horrendi & ultra exemplum peccavi, in hoc  
in illo loco, como, congressu, tali tempore, in  
tali angulo, in tenebris adulterium commisi  
cum putarem neminem fuisse mihi consilium,  
in tali cubiculo proximi mei uxorem com-  
misi, & huius criminis conscientia premo-  
in me & illis congressibus inordinatis sum, sa-  
cum dei verbum maledicti & contumeliosus  
catholici conciones illius, a nullis blasphemis  
& peccatorum imperitate abstinui, & iam (Dole  
DEUS) quam peccatoris & detestabilis sum peccator.



Hic a se in conspectu tuo, qd sum indignus, aucto, lae,  
sancius, opus, & auctore, in summas miserrimas conjo:  
tus & milleis damnationibus dignissimus, si mecum  
iudicio congrueris, & summo iure gauderes.

Quocirca te quam subiectissimè & humillimè  
oro, ut eam me misericordiam extendas. Inunge  
quasi mea vulnera misericordia tua oleo vi:  
sum mihi respice, tege meam meditationem, me  
pauperem opibus instrue, me infirmum corrobora,  
me lapsum erige: Crande est me me deseras, in  
sancti matrem suam cogitando, & pueri filios  
patrumque misericordiam permouet & servus Domi:  
ni sui supplicando extinguit, & an non tu  
Clementiam Domini sperare te oportet?

Hoc confidendum dico, si unquam in peccato:  
sicut deum compellat, & tunc diligenter & ac:  
curate in seipso penitentia (si fieri potest) seipsum  
examinaret, illi sine peccato ab re ipsa penitentia  
aliquid profuerit.

Primo hoc mihi comendat quodammodo, ut  
et respiciens, Et abominans, ut dicitur  
quo hoc mysterium multo absque nobis in  
se carere, & pariter nos ut nos qd respiciens  
intelligamus & illud respiciamus, cognoscamus &  
ad manum interminabilem consolvem sententiam.



De <sup>tu</sup> resipiscencia ad peccata et offensa.

I. Secum remissionem peccatorum semper adferre  
Ezech. 18. 27. Es. 55. 7. Joh. 15. 6.

Psalm. 29. 19. Prov. 1. 29.

II. Hominis ad hoc immutare ut quales antea fuerant tales esse desinat, non mole corporis sed animi inclinatio et appetitione.

Partly <sup>est</sup> ~~est~~ Act. 2. multi submersi  
vix fideles fuerunt

Petrus conversio est opus quod exorta non  
vires excedit.

Est primum ex quo quod quis cognoscit se  
an exitio aeterno destinatus et obnoxius  
moritur.

III. Cor. 7. c. 7. resipiscencia fructus proponit. I. Studium, quantum potest in vobis  
efficit. 7. Accurata diligentia, et vehementer  
Deo placendi sollicitudinem.

II. ~~est~~ Apologia, nostri defensio, nisi purgatio  
ipso peccato amissa, ad Deum recurre et cor  
deum per Christum orat.

III. Indignatio, summi et inhumani aduersus  
sua peccatum.

IV. Timor, quod est Dei quaedam reverentia, pro  
quod est Dei offensam veritatem, timore pellitur.











5 Spes impunitatis, diuturna impunitas

2 pt. 3. 3.

6 Observatio certum aliorum. Hic impij  
pluribus obdormiunt qd & ego.

7 Spes diuturnae vitae. Luc. 12. 15. 19.






































































































































































































































Fg 1824

ULB Halle 3  
004 097 122



56

Vort  
M. 1. 1.






... me cupponit. me hie  
ditatus. **S**ed e. v. ha. der.  
aport. **S**lotad. aut. e. qd.  
hinc. au. et. aspidis.  
funde. q. ap. die. noluit. de.  
q. **S**ilon. **D**. q. d. d. d. d.  
... ref. mal. me. au. lat. l.  
... i. m. ad. at. ci. o. r. o.  
... er. ecc. **D**. d. n. i.  
... ref. m. d. i. c. i. o. n. i. s.

**D**onna imperialis.  
... palina. x.  
... d. v. n. d. e. n. t. u. r. s. t. e. i. i. s.  
... mag. x. v. e. l. l. a. n. t. e. a. e. r.  
... r. i. n. t. i. s. m. i. n. i. s. t. e. r.  
... p. r. i. n. c. i. p. a. l. i. s. s. e. n. t. e.  
... d. e. c. e. t. e. m. e. a. d. i. s. t. r. i. c. t. i. o. n. e.  
... p. a. p. i. a. s. s. i. a. m. i. l. i. t. a. r. i. s. d. e.





DOLPHI GOELENII  
SORIS LOGICI IN ACADEMIA  
Marpurgensi,

# ODROMVS GIÆ ERRORVM

SILLEVIT CHAR-  
S DOMINVS M. HEIZO  
us Rector Scholæ Hannoveranæ;  
præscripsit nomen: Fasciculus  
controversarum quaestio-  
tionum.

AE MISSA EST DISPVTATIO  
de DEI OMNIPOTENTIA.



excudebat Nicolaus Erbenius,  
Anno 1598.